lium bestiárum, per offúsas nóctium ténebras, pateréntur incúrsus. Et bene pastóres vigilant, quos bonus pastor infórmát. Grex igitur pópulus, nox sæculum, pastóres sunt sacerdótes. Aut fortásse étiam ille sit pastor, cui dicitur : Esto vigilans, et confirma. Quia non solum episcopos ad tuéndum gregem Dóminus ordinávit, sed étiam Angelos destinávit. Tu autem Dómine miserere nobis.

R̃. Deo grátias.



Lector : Jube domne benedicere.

Benedictio. Verba sancti Evangélii * dóceat nos Christus Filius Dei. R̃. Amen.

Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio IX.

Cap. 1.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homília sancti Augustini Episcopi.

Ne vile áliquid putáres, quale consue- vísti cogitare, cum verba humana soléres audire, audi quid cógites : Deus erat Verbum. Exeat nunc nescio quis infidélis AriánuS, et dicat, quia Verbum Dei factum est. Quómodo potest fieri ut Verbum Dei factum sit, quando Deus

per Verbum fecit ómnia? Si et Verbum Dei ipsum factum est, per quod áliud Verbum factum est? Si hoc dicis, quia hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud, ipsum dico ego únicum Fílium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concéde non factum, per quod facta sunt ómnia. Non enim per seípsum fieri pó- tuit, per quod facta sunt ómnia. Crede ergo Evangelistæ. Tu autem Dómine miserere nobis.

R̃. Deo grátias.

Te Déum laudámus.

V. Dóminus vobiscum. R̃. Et cum spíritu túo.

Oratio.

Concéde, quaésumus omnipotens De- us : * ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas libéret; quos sub pec-

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Cantores :

Ÿ. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Et dicto Ÿ. Benedicámus Dómino celebratur prima Missa post mediam noctem.

AD PRIMAM MISSAM IN NOCTE.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

Intr. 2.
(ré-fa) Dó- mi- nus * dí- xit ad me : Fí-

li- us mé- us es tu, é- go hó- di- e

gé- nu- i te. Ps. Quá-re fre- mu- é- runt gén-

tes : * et pó- pu- li me-di-tá- ti sunt in- á- ni- a?

Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

Grad. 2.
(la-áo) Té- cum princí- pi- um * in dí-

e vir- tú- tis tú- ae :

in splendó- ri- bus sanctó-

rum, ex ú- te- ro

an- te lu- cí- fe- rum

gé- nu- i te.

Ÿ. Dí- xit Dó- mi- nus Dómi- no

mé-

o : Sé- de a déxtris mé-

is : do- nec pó- nam in-

i- mí- cos tú- os,

sca- bél- lum

pé- dum * tu- ó- rum.

(M.M. $\text{♩} = 160$.)

8.
(sol-do) Al- le- lú- ia. * ij.



 V. Dó- mi-nus dí- xit ad me : Fí-
 li- us mé- us es tu, é- go
 hó-
 di- e * gé- nu- i te.

(M.M. $\text{♩} = 144$.)

Offert.
 4. (mi-la)
 Lae- téntur * caé- li, et ex-
 súl- tet tér- ra an-
 te fá- ci- em Dó- mi- ni : quó-
 ni- am vé- nit.

Praefatio de Nativitate, 7.(M.M. $\text{♩} = 160$.)

Comm.
 6. (fa-la)
 In splendó- ri- bus * sanctó- rum, ex ú- te-



 ro an- te lu- cí- fe- rum gé- nu- i te.


Finita prima Missa dicuntur Laudes, incipiendo immediate a V. Deus in adiutorium.

AD LAUDES.

V. Deus in adiutorium meum. 211.

1. Ant.
 2. D (re-fa)
 Quem vi- dí- stis, * pa- stó- res? dí- ci- te : annunti-
 á- te nó- bis, in térris quis appá- ru- it? Ná- tum ví- di-
 mus, et chó- ros Ange- ló- rum collaudá- ntes Dómi- num, al-
 le- lú- ia, al- le- lú- ia.

Psalmus 92.



 1. Dómi- nus regná- vit, de- có- rem indú- tus est; * indú- tus est
 Dómi- nus forti- tú- di- nem, et prae- cínxit se.


2. Etenim firmávit orbem térrae, * qui non commovébitur.
3. Paráta sédes túa ex tunc : * a saéculo tū es.
4. Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vócem súam.
5. Elevavérunt flúmina flúctus súos, * a vóci- bus aquárum multárum.
6. Mirábiles elatíones máris : * mirábilis in ál- tis Dóminus.
7. Testimónia túa credibília fácta sunt nímis : * dómum túam decet sanctitúdo Dómine, in longitudínem díerum.
8. Glória Pátri, et Fílio, * et Spiritui Sáncto.
9. Sicut érat in princípío, et nunc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.



Gé-nu- it pu- érpe-ra Ré-gem, * cú- i nó-men ae-



tér- num, et gáu-di- a mátris há- bens cum vir-




gi-ni- tá-tis ho-nó- re: nec prí-mam sí-mi- lem ví- sa



est, nec habé-re sequéntem, al-le- lú- ia.

Psalmus 99.



I. Ju-bi-lá-te Dé- o ómnis tér- ra: * serví- te Dómi-no



in lae-tí- ti- a. Flexa: pás-cu-ae é- jus: †

2. Introíte in conspéctu éjus, * in exsultatióne.

3. Scitóte quóniam Dóminus ípse est Déus: * ípse fécit nos, et non ípsi nos.

4. Pópulus éjus, et óves páscae éjus: † introíte pórtas éjus in confessióne, * átria éjus in hýmnis: confitēmini illi.


5. Laudáte nómen éjus: quóniam suávis est Dóminus, † in aetérnum miseri- córdia éjus, * et usque in generatióne et generatióne veritas éjus.

6. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sánto.

7. Sicut érat in principio, et nunc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.



Ange- lus * ad pastó-res á- it: An-




nunti- o vó-bis gáu-di- um mágnum: qui- a ná- tus est vó-bis



hó- di- e Salvá- tor mún-di, ál- le- lú- ia.

Psalmus 62.



I. Dé- us Dé- us mé- us * ad te de lú- ce ví- gi-



lo. Flexa: in-aquósa, †

2. Sitivit in te ánima méa, * quam multipliciter tibi cáro méa.

3. In térra desérta, et invia, et inaquósa: † sic in sáncto appáruí tibi, * ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.

4. Quóniam mélior est misericórdia túa súper vítas: * lábia méa laudábunt te.

5. Sic benedicam te in víta méa: * et in nómine túo levábo mánus meas.

6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima méa: * et lábiis exsultatiónis laudábit os méum.

7. Si mémor fúi túi super strátum méum, † in matutinis meditábor in te: * quia fuisti adjútor méus.

8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaesit ánima méa post te: * me suscepit dextera túa.

9. Ipsi vero in vánum quaesiérunt ánimam méam, † introibunt in inferióra térrae: * tradéntur in mánus gládií, pártes vulpi- um é- runt.

10. Rex vero laetábitur in Déo, † laudabúntur ómnes qui júrant in éo: * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

11. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirítui Sánto.

12. Sicut érat in principio, et nunc, et sémper, * et in saécula saeculórum. Amen.




Fácta est * cum Ange- lo mul- ti- túdo cae- lé-



stis exér- ci- tus laudánti- um et di- cén- ti- um: Gló- ri-




a in excél- sis Dé- o, et in térra pax ho- mí- ni- bus




bó-nae vo- luntá- tis, ál- le- lú- ia.

Canticum trium Puerorum.

Danielis. 3. v.

1. Be- ne- dí-ci-te ómni- a ó-pe-ra Dómi-ni Dómi-no; *



laudá-te et super-ex-altá-te é- um in saé-cu- la.

2. Benedicite Angeli Dómini Dómino : * benedicite caéli Dómino.

3. Benedicite aquae omnes quae super caelos sunt, Dómino : * benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

4. Benedicite sol et luna Dómino : * benedicite stellae caeli Dómino.

5. Benedicite omnis imber et ros Dómino : * benedicite omnes spiritus Dei Dómino.

6. Benedicite ignis et aestus Dómino : * benedicite frigus et aestus Dómino.

7. Benedicite rores et pruina Dómino : * benedicite gelu et frigus Dómino.

8. Benedicite glacies et nives Dómino : * benedicite noctes et dies Dómino.

9. Benedicite lux et tenebrae Dómino : * benedicite fulgura et nubes Dómino.

10. Benedicat terra Dóminum : * laudet et superexaltet eum in saecula.

11. Benedicite montes et colles Dómino : * benedicite universa germinantia in terra Dómino.

12. Benedicite fontes Dómino : * benedicite maria et flumina Dómino.

13. Benedicite cete et omnia quae moventur in aquis Dómino : * benedicite omnes volucres caeli Dómino.

14. Benedicite omnes bestiae et pecora Dómino : * benedicite filii hominum Dómino.

15. Benedicat Israel Dóminum : * laudet et superexaltet eum in saecula.


16. Benedicite sacerdotes Dómini Dómino : * benedicite servi Dómini Dómino.

17. Benedicite spiritus et animae justorum Dómino : * benedicite sancti et humiles corde Dómino.

18. Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Dómino : * laudate et superexaltate eum in saecula.

19. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu : * laudemus et superexaltemus eum in saecula.


20. Benedictus es Domine in firmamento caeli : * et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Hic non dicitur Glória Patri.

Párvu- lus fí- li- us * hó-di- e ná- tus est nó-




bis : et vo-cá-bi- tur Dé- us, fór- tis, alle- lú- ia,



al- le- lú- ia.

Psalmus 148.



1. Laudá-te Dómi-num de caé- lis : * laudá-te é- um in ex-

cél- sis. *vel : in excél- sis. Flexa :* et vír-gi- nes, †

2. Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

3. Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellae et lumen.

4. Laudate eum caeli caelorum : * et aquae omnes quae super caelos sunt laudent nomen Dómini.

5. Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandavit, et creata sunt.

6. Statuit ea in aeternum et in saeculum saeculi : * praecceptum posuit, et non praeteribit.

7. Laudate Dóminum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quae faciunt verbum ejus.

9. Montes, et omnes colles ; * ligna fructifera, et omnes cedri.

10. Bestiae et universa pecora, * serpentes et volucres pennatae ;

11. Reges terrae, et omnes populi ; * principes et omnes iudices terrae ;

12. Juvenes et virgines, † senes cum junioribus laudent nomen Dómini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

13. Confessio ejus super caelum et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

14. Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

15. Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

16. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Capitulum.


Hebr. 1.

Multifariam multisque modis olim nobis in Filio, quem constituit haerédem
Deus loquens patribus in prophé- universorum, * per quem fecit et saecula.
tis : † novissime diébus istis locutus est



(mi-do)

1. A só- lis ór- tus cár- di- ne Ad usque tér- rae



lí- mi- tem, Chrí- stum ca- ná- mus Prínci- pém, Ná-

tum Ma-ri- a Virgi-ne. 2. Be-á-tus áuctor saé-cu- li
 Serví- le cór-pus ín-du- it: Ut cár- ne cár-nem lí-be-
 rans, Ne pér-de-ret quos cón-di-dit. 3. Cá-stae Pa-rén- tis
 ví-sce- ra Caelé- stis ín-trat grá- ti- a: Vén-ter pu-
 él- lae bá-ju- lat Secré-ta, quae non nó-ve-rat. 4. Dó-
 mus pu-dí- ci pé-cto- ris Té-mp-lum re-pén-te fit Dé- i:
 Intá- cta né- sci- ens ví- rum, Concé- pit ál- vo
 Fí- li- um. 5. E-ní- ti- tur pu- ér- pe- ra Quem Gá- bri- el
 prae-dí- xe-rat, Quem vén- tre má- tris gésti- ens
 Baptísta cláu-sum sénse-rat. 6. Foéno ja- cé- re pér- tu- lit,
 Praesé- pe non ab- hór- ru- it: Et lá- cte mó- di- co pá-

stus est, Per quem nec á- les é-su-rit. 7. Gáudet chó-
 rus cae-lé- sti- um, Et Ange- li cá- nunt Dé- o: Pa-
 lámque fit pa- stó- ri- bus Pástor, Cre- á- tor ómni-
 um. 8. Jé-su, tí- bi sit gló- ri- a, Qui ná- tus es de
 Vir- gi- ne, Cum Pá- tre et ál- mo Spí- ri- tu,
 In sempi- té- na saé- cu- la. A- men.

V. Nó- tum fé- cit Dómi- nus, al- le- lú- ia.
 R. Salutare súum, al- le- lú- ia.

Ad Bened. *Ant. 8. G*
(sol-do) Gló- ri- a * in excél- sis Dé- o, et in tér-
 ra pax homí- ni- bus bó- nae vo- lun- tá- tis, al- le- lú- ia,
 al- le- lú- ia.

Canticum Zachariae.

Luc. 1. g.



1. Be-ne-dí-ctus Dó-mi-nus Dé-us Is-ra-el, * qui- a
2. Et e-ré-xit cór-nu sa-lú-tis nó-bis: * in dó-



vi-si-tá-vit, et fé-cit red-empti-ó-nem plé-bis sú-ae.
mo Dá-vid pú-e-ri sú-i.

3. Sicut locútus est *per os sanctórum*, * qui a saéculo sunt, prophetárum éjus:
4. Salútem ex *inimícis nóstris*, * et de mánu ómnium *qui odérunt nos*:
5. Ad faciéndam misericórdiam cum *pátribus nóstris*: * et memorári testa-
ménti *súi sánc-ti*.

6. Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham *pátre-m nóstrum*, * datúrum se *nóbis*.
7. Ut sine timóre de mánu inimicórum *nostrórum liberáti*, * servidmus illi.
8. In sanctitáte et justítia *coram ipso*, * ómnibus *diébus nóstris*.
9. Et tu púer, prophéta *Altíssimí vocáberis*: * praeibis enim ante faciém
Dómini paráre *vías éjus*.

10. Ad dandam sciéntiam salútis *plébi éjus*: * in remissionem peccatórum *eórum*:
11. Per viscera misericórdiae *Déi nóstri*: * in quibus visitávit nos, *óriens*
ex álto:

12. Illumináre his qui in ténebris et in úmbra *mórtis sédent*: * ad dirigéndo
pédes *nóstris* in *vlam pácis*.

13. Glória *Pátri, et Fílio*, * et *Spirítui Sáncto*.

14. Sicut érat in principio, *et nunc, et sémp(er)*, * et in saécula saeculórum. Amen.

Oratio. Concéde quaesumus. 284.

Cantores:

Ÿ. Benedicámus Dómino. Rŷ. Déo grátias. 137.

AD SECUNDAM MISSAM. IN AURORA.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

8.


(sol-do)




Lux ful-gé-bit * hó-di-e su-




per nos: qui-a ná-tus est nó-bis Dó-mi-nus:




et vo-cá-bi-tur Admi-rá-bi-lis, Dé-




us, Príncipe-s pá-cis, Pá-ter fu-tú-ri saé-cu-li: cú-




jus ré-gni non é-rit fi-nis.



Ps. Dómi-nus regná-vit, de-có-rem indú-tus est: * in-



dú-tus est Dómi-nus forti-tú-di-nem, et prae-cínxit se.




Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)

Grad.

Ÿ.

(fa-do)




Be-ne-díctus * qui vé-nit in




nó-mi-ne Dó-mi-ni: Dé-us



Dó-mi-nus, et illúxit nó-bis.



Ÿ. A Dó-mi-



no

fá- ctum est: et est mi-
rá- bi- le * in
ó-cu- lis nó- stris.

(M.M. ♩ = 160.)

2.
(ré-fa) Al- le- lú- ia. * ij.

V. Dó- mi- nus re- gná-

vit, de- có- rem ín-

du- it: ín- du- it Dó- mi- nus

for- ti- tú- di- nem, et prae- cín- xit

se * vir- tú- te.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.
8.
(sol-do) Dé- us e- nim * firmá- vit ór-

bem térrae, qui non com-
mo- vé- bi- tur: pa- rá- ta sé- des
tú- a, Dé- us, ex tunc, a saé-
cu- lo tu es.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.
4.
(mi-la) Ex- súl- ta * fí- li- a Sí- on, láu- da

fí- li- a Je- rú- sa- lem: ecce Rex tú- us

vé- nit sánctus, et Salvá- tor mún- di.

AD TERTIAM MISSAM. IN DIE.

(M.M. ♩ = 152.)


Intr.
7.
(sol-ré) Pú- er * ná- tus est nó- bis, et fí- li- us

dá- tus est nó- bis: cú- jus impé- ri- um




su-per hú-me-rum é-jus: et vo-cá-bi-tur nó-men é-jus, má-gni con-sí-li-i An-ge-lus. *Ps.* Can-tá-te Dó-mi-no cán-ti-cum nó-vum: * qui-a mi-ra-bí-li-a fé-cit. Gló-ri-a Pá-tri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)



Grad. 3. (fa-do) Vi-dé-runt ó-mnes * fí-nes tér-rae sa-lu-tá-re Dé-i nó-stri: ju-bi-lá-te Dé-o ó-mnis tér-ra. V. Nó-tum fé-cit Dó-



mi-nus sa-lu-tá-re sú-um, ante conspéctum gén-ti-um re-ve-lá-vit * justí-ti-am sú-am. (M.M. ♩ = 160.) 2. (ré-fa) Ál-le-lú-ia. * ij. V. Dí-es sancti-fi-cá-tus il-lú-xit nó-bis: ve-ní-te gén-tes, et ad-o-rá-te Dó-mi-num: qui-a hó-di-e descén-dit lux má-gna * su-per tér-ram.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

4. (mi-la) Tú- i sunt* caé- li, et tú- a
est tér- ra : ór- bem ter- rá- rum,
et ple- ni-tú- di-nem é- jus
tu fun-dá- sti : ju- stí- ti-
a et ju-dí- ci- um praepa- rá- ti-
o sé- dis tú- ae.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

1. (ré-la) Vi- dé- runt ómnes* fi- nes tér- rae
sa-lu- tá- re Dé- i nó- stri.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. g. 141. — 2. Confitébor tibi. 7. a. 150. — 3. Beá-
tus vir. 7. b. 156. — 4. De profundis. 4. A*. 184. — 5. Meménto. 8. G. 185.

1. Ant. 1. g. (ré-la) Té-cum princí- pi- um* in dí- e vir- tú-

tis tú- ae, in splendó- ri-bus sanctó-rum, ex ú-te-ro an-
te lu-cí- fe-rum gé-nu- i te. E u o u a e.

2. Ant. 7. a (sol-ré) Red-empti- ó-nem* mí-sit Dómi-nus pó-pu-lo
sú- o : mandá-vit in aetér- num testamén- tum
sú- um. E u o u a e.

3. Ant. 7. b (sol-ré) Ex-ór- tum est* in té-ne- bris lú-
men ré- ctis córde : mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor, et
jústus Dómi-nus. E u o u a e.

4. Ant. 4. A* (la-ré) Apud Dómi- num* mi- se-ri- córdi- a, et co-pi-
ó- sa a-pudé- um red-émpti- o. E u o u a e.

5. Ant.
8. G
(sol-do)



De fructu * vén-tris tú- i pó-nam su-per



sé-dem tú- am. E u o u a e.

Capitulum.

Hebr. 1.

Multifariam multisque modis olim nobis in Filio, quem constituit haerédem
Deus loquens pátribus in prophé- universórum, * per quem fecit et saécula.
tis : † novissime diébus istis locútus est

Hymnus. Jésu Redémptor ómnium. ut in I. Vesperis, 271.



V. Nótum fé-cit Dó-minus, alle- lú- ia.



R. Sa-lu-tá-re sú- um, alle- lú- ia.

(Sic cantatur tantum in die festi : alias servatur tonus communis.)

Ad Magnif.
Ant. 1. g 2
(ré-la)



Hó-di- e * Chrí- stus ná-tus est : hó-di-
e Salvá-tor appá-ru- it : hó-di- e in térra cá-



nunt Ange- lí, lae-tán-tur Archánge- lí : hó-di-



e exsúl- tant jú-sti, di-céntes : Gló- ri- a



in excél- sis Dé- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 1. g 2, 199, vel 205.

Oratio.


Concède, quaesumus omnipotens De- cáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per
us : * ut nos Unigéniti tui nova per eúmdem Dóminum.
carnem Nativitas liberet; quos sub pec-

Deinde pro S. Stephano.

Ant.
8. c
(sol-do)



Stépha-nus au-tem, * plénus grá- ti- a et forti-



tú- di-ne, fa-ci- é- bat sí-gna má-gna in pó- pu-lo.

V. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio. Da nobis quaesumus. 323.

DIE 26. DECEMBRIS.

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.
1.
(ré-la)




Et- e- nim * se- dé- runt prínci-pes, et ad-



vér-sum me loque-bán- tur : et in-í- qui per- se-



cú- ti sunt me : ádju-va me Dómi- ne



Dé- us mé- us, qui- a sérvus tú- us exercebá-




tur in tú- is justi-fi- ca- ti- ó- ni-



bus. Ps. Be- á- ti imma-cu-lá- ti in ví- a: * qui




ámbu-lant in lé- ge Dó-mi- ni. Gló- ri- a Pátri.



E u o u a e.



Se-dé- runt * prín- ci-pes,



et advérsus me loque-bán- tur: et in-í-



qui perse-cú- ti sunt me.


V. Adju-va me,



Dó-mi-ne




Dé- us mé-



us: sálvum me fac propter mi-se-ri-



cór- di- am * tú- am.



(M.M. ♩ = 160.)




Ál-le- lú- ia. * ij.




V. Ví- de- o caé- los a-pér-



tos, et Jé- sum stán-



tem a dex- tris virtú-



tis * Dé- i.

(M.M. ♩ = 144.)



E-le- gé- runt * Apó-



sto- li Stépha- num le- ví- tam,

plé- num fi- de et Spí- ri-
tu Sáncto: quem la- pi- da- vé-
runt Ju- daé- i o- rán- tem, et di-
cén- tem: Dó- mi- ne Jé- su, ác-
ci- pe spí- ri- tum mé-
um, al- le- lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 8.
(sol-do)

Ví- de- o * caé- los a- pér- tos, et
Jé- sum stán- tem a dextris virtú- tis Dé- i:
Dó- mi- ne Jé- su, ác- ci- pe spí- ri- tum mé- um,

et ne stá- tu- as íl- lis hoc peccá- tum, qui- a né-
sci- unt quid fá- ci- unt.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 314; et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Octavam occurrentibus.

Capitulum.

Act. 6. b.


STéphanus autem plenus grátia et signa magna in pópulo. fortitúdine, * faciébat prodigia et R7. Deo grátias.

(M.M. ♩ = 152.)

Hymn.

1.
(ré-la)

1. Dé- us, tu- ó- rum mí- li- tum Sors et co- ró- na,
praé- mi- um: Láu- des ca- nén- tes Mártý- ris Absól-
ve né- xu crími- nis. 2. Híc nempe mún- di gáudi- a,
Et blánd- a fráudum pá- bu- la Imbú- ta fél- le dé-
pu- tans, Pervé- nit ad cae- lé- sti- a. 3. Poénas cu- cúr-
rit fórti- ter, Et sústu- lit vi- rí- li- ter: Fun- déns-





Ÿ. Stéphanus vidit caelos apértos.

R. Vidit et introívit : beátus hómo, cúi caéli patébant.



Se-pe-li- é-runt Sté-pha-num * ví- ri timo-



Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210.

Oratio.


DA nobis, quaesumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos diligere : † quia ejus natalítia celebrá- mus, * qui novit étiam pro persecutóribus

exoráre Dóminum nostrum Jesum Chri- strum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte,

Deinde pro S. Joanne.



Iste est Jo- án- nes, * qui supra pectus Dómi-



Ÿ. Valde honorándus est beátus Joánes.

R. Qui supra pectus Dómini in coéna recúbuit.

Oratio. Ecclésiám túam. ut infra. 327.

Deinde fit commém. de Nativitate. Ant. Hódie Christus. 316. Ÿ. Nótum fécit.

Oratio. Concéde, quaesumus. 317.

† De Octava S. Stephani, sicut et de Octavis S. Joannis et Ss. Innocentium, nil fit, nisi in ipsa die Octava.

DIE 27. DECEMBRIS.

S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE.

Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD MISSAM.

Introitus. In médio. ut in Communi Doctorum.


(M.M. ♩ = 152.)



Ex- i- it * sér- mo inter frá- tres,



(M.M. ♩ = 160.)

*Offertorium. Jústus ut páлма. ut in Communi Doctorum.*

(M.M. ♩ = 160.)



AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 314.

Capitulum.

Eccli. 15.

QUI timet Deum, faciet bona : † et qui illam, * et obviabit illi quasi mater hono-
cōtineus est justitiae, apprehēdet rificāta. Rγ. Deo grātias.

(M.M. ♩ = 152.)





á-stra concí-nunt. 2. Vos saecu- ló- rum jú-di-ces, Et
vé-ra mún-di lú- mi- na : Vó- tis pre- cá-mur córdi-
um, Audí-te vó- ces súpli-cum. 3. Qui témp-la caé-
li cláudi-tis, Se- rás-que vér-bo sól- vi- tis, Nos a
re- á-tu nó-xi- os Sólvi ju- bé- te, quaésumus.
4. Præcépta quó- rum pró-ti-nus Lánguor sa-lús-que sên-
ti- unt, Sa- ná-te mén-tes lán-gui-das, Augé-te nos
vir- tú-ti-bus. 5. Ut cum red- í- bit árbi-ter In fí-ne
Christus saé- cu- li, Nos sempi- té-rni gáudi- i
Cón-cé-dat és-se cómpo-tes.

6. Jé-su, tí-bi sit glória, Qui ná-tus es... 322.

Ÿ. Valde honorándus est beátus Joánnes.
R̃. Qui supra pectus Dómini in coëna recúbuit.

Ad Magnif. 
Ant. 6. F
(fa-la)



Exi- it * sérmo in-ter frá- tres, quod di-
scí-pu-lus il- le non mó-ri- tur : et non dí-xit Jé-sus,
Non mó-ri- tur : sed, Sic é- um vó-lo ma-né- re,
do- nec vé-ni- am. E u o u a e.


Cant. Magnificat. 6. F. 203, vel 205.

Oratio.

Ecclésiám tuam Dómine benignus illú- et Evangelístae illumináta doctrínis,* ad
stra : † ut beáti Joánnis Apóstoli tui dona pervéniat sempitérna. Per Dñm.

Et fit commem. SS. Innocéntium.

Ant. 
1. a 3
(ré-la)



Hi sunt * qui cum mu-li- é-ri-bus
non sunt co- inqui- ná- ti : vír-gi-nes e-nim sunt, et se-
quántur A-gnum, quo- cúmq-ue í- e- rit.

Ÿ. Heródes irátus occidit múltos púeros. R̃. In Bét-lehem Jú-dae civitáte Dávid.

Oratio. Deus, cujus hodiérna die. 332.

*Deinde Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. 316. Ÿ. Nótum fécit. Oratio. Con-
céde. 317.*

DIE 28. DECEMBRIS.

SS. INNOCENTII MARTYRIUM.

Duplex II. Classis cum Octava simplici.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

2.

(re-fa)

Ex ó-re * in-fán-ti-um, Dé-us, et la-



ctén-ti-um, per-fe-cí-sti láu-dem propter in-




i-mí-cos tú-os. Ps. Dó-mi-ne



Dó-mi-nus nó-ster : * quam admi-rá-bi-le est nó-men tú-



um in u-ni-vér-sa tér-ra! Gló-ri-a Pátri.



E u o u a e.

*Non dicitur Glória in excelsis, nec Allelúia, nec Ite missa est, nisi hoc Festum venerit in Dominica; sed in Octava semper dicuntur.**Graduale. Anima nostra. ut in Communi plurimorum Martyrum.*

(M.M. ♩ = 160.)

4.

(mi-la)



Al-le-lú-ia. * ij.



V. Laudá-te pú-e-ri



Dó-mi-num, lau-dá-te nó-men * Dó-



mi-ni.

Tractus subscriptus semper dicitur, praetermisso Allelúia et V. sequenti, nisi hoc Festum venerit in Dominica. In Octava vero nunquam dicitur.

(M.M. ♩ = 160.)

Tract.

8.


(sol-do)




Effu-dé-runt * sán-gui-nem



san-ctó-rum, vel-ut á-quam, in




cir-cú-i-tu Je-rú-sa-lem.



V. Et non é-rat qui




se-pe-lí-



ret. V. Vín-di-ca, Dó-mi-ne,




sángui-nem sanctó-rum




(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

2.
(ré-fa)

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

7.
(sol-ré)

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 314.

Capitulum.

Apoc. 14.

Vidi supra montem Sion Agnum stan-tem, † et cum eo centum quadraginta quatuor millia, * habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frón-tibus suis. R. Deo grátias.

(M.M. ♩ = 152.)

Hymn.

1.
(ré-la)

3. Jé-su, tibi sit glória, Qui ná-tus es... 322.


Ÿ. Sub thróno Déi ómnes sáncti clámant.


R. Vindica sánguinem nóstrum Déus nóster.

Ad Magnif.

Ant. 2. D

(ré-fa)





E u o u a e.

Cant. Magnificat. 2. D. 200, vel 206.

Oratio.

Deus, cujus hodiérna die praecónium nobis vitiórum mala mortifica, ut fidem Innocéntes Mártýres non loquendo, tuam, quam lingua nostra loquitur, * sed moriendo conféssi sunt: † ómnia in étiam móribus víta fateátur. Per Dñm.

Et fit commem. sequentis Festi S. Thomae Episcopi et Martyris. Ant. Iste sanctus. e Communi unius Martyris in I. Vesp. 816.

Ÿ. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio. Deus, pro cujus Ecclésia. 336.

Deinde Octavae Nativitatis. Ant. Hódie. 316. Ÿ. Nótum fécit. Oratio. Concede, quaesumus. 317.

† Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. et SS. Innocentium occurrerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica, sed die proxima post Festum S. Thomae Mart. fit de ea, ut infra.

Dominica infra Octavam Nativitatis.


Si haec Dominica venerit in Festo S. Thomae vel S. Silvestri, totum Officium fit de ea cum commem. Festi.

(M.M. ♩ = 152.)

AD MISSAM.



Ps. Dómi- nus regná-vit, de-có- rem indú- tus est: * in-
dú- tus est Dómi-nus forti-tú-di-nem, et prae-cínxit se.




(M.M. ♩ = 152.)

Grad.

3.

(mi-do)



grá-ti-a in lá-bi-
is tú-is.

¶ E-ructá-vit cor mé-
um vér-bum bó-
num: dí-co é-go ó-pe-ra
mé-a Ré-gi: língua mé-a
cá-la-mus scrí-bae
ve-ló-ci-ter * scri-bén-
tis.

Allelúia, allelúia. ¶. Dóminus regnávít. 310.

Offertorium. Déus enim firmávit. 310.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 7. (sol-re)

Tól-le * pú-e-rum et má-trem é-jus; et

vá-de in térram Isra-el: de-fúnti sunt e-
nim, qui quaeré-bant á-nimam pú-e-ri.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 314, ritu semiduplici.

Capitulum.

Galat. 4.

Fratres: Quanto témpore haeres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dóminus ómnium: † sed sub tutóribus et actóribus est, * usque ad praefinitum témpus a patre.
R. Deo grátias.

Hymnus. Jésu Redemptor. 271.

¶. Vérbum cáro fáctum est, allelúia. R. Et habitávit in nóbis, allelúia.

Ad Magnif.

Ant. 6. F
(fa-la)

Pú-er Jé-sus * pro-fi-ci-é-bat aetá-te et
sa-pi-én-ti-a co-ram Dé-o et ho-mí-ni-bus.

E u o u a e.

Cant. Magnificat. 6. F. 203.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, dirige | ut in nómine dilécti Filii tui, * mereámur
actus nostros in beneplácito tuo: † | bonis opéribus abundáre. Qui tecum vivit.

Si fuerit dies 29. Decembris, post Orationem Dominicæ fit commem. sequentis diei infra Octavam Nativitatis (Ant. Hódie. 316. ¶. Nótum. Oratio. Concede. 317); deinde S. Thomae (Ant. Qui vult venire post me. de Communi unius Martyris. ¶. Iustus. Oratio. Deus, pro cuius Ecclesiá, ut infra).

Die 30. Decembris fit commem. sequentis Festi S. Silvestri (Ant. Sacerdos et Pontifex. ¶. Amávit. Oratio. Da quaesumus. de Communi Confessoris Pontificis), et Octavae Nativitatis.

Si vero Dominica venerit die 31. Decembris, Vesperae fiunt de Circumcisione Domini sine commemoratione, nisi tantum de Duplici II. classis sicubi occurrerit.

DIE 29. DECEMBRIS.

S. Thomae Episc. et Mart.

Duplex.

Oratio.

Deus, pro cuius Ecclesia gloriósus omnes qui ejus implórant auxílium, *
Póntifex Thomas gládiis impiórum petitiónis suae salutárem consequántur
occúbuit : † praesta, quaésumus; ut effectum. Per Dóminum.

DIE 31. DECEMBRIS.

S. Silvestri Papae et Conf.

Duplex.

Oratio.

DA, quaésumus omnipotens Deus : † et devotiónem nobis áugeat et salutem.
ut beáti Silvéstri Confessóris tui Per Dóminum nostrum.
atque Pontíficis veneránda solémnitas, *

IN CIRCUMCISIONE DOMINI

et Octava Nativitatis.

Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 337, praeter sequentia :

V. Verbum caro factum est, allelúia. R. Et habitavit in nobis, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G (sol-do)

Pro- pter ní-mi- am * ca-ri- tá-tem sú-
am, qua di-lé- xit nos Dé- us, Fí-li- um sú-um
mí- sit in si-mi- li-tú- di- nem cár-nis peccá- ti,

al- le-lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210. — Oratio. Deus, qui salútis. 340.

Et nulla fit commemoratio, nisi tantum de praecedenti Duplici II. classis, sicubi occurrerit.

AD MISSAM.

Introitus. Puer natus est. 311. — Graduale. Vidérunt omnes. 312.

(M.M. ♩ = 160.)

7. (sol-ré) Al-le- lú- ia. * ij.

V. Mul- ti- fá- ri- e o- lim

Dé- us ló-quens in pro-phé-

tis, no- vís-si- me di- é- bus í-

stis lo- cú- tus est nó-

bis in Fí- li- o * sú- o.

Offertorium. Tui sunt caeli. 314. — Communio. Vidérunt omnes. 314.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 6. F. 144. — 2. Laudáte púeri. 3. a 2. 159. —

3. Laetátus sum. 4. E. 177. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 181. — 5. Láuda Jerú-

salem. 2. D. 195.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 6. F. 144. — 2. Laudáte púeri. 3. a 2. 159. —

3. Laetátus sum. 4. E. 177. — 4. Nisi Dóminus. 1. f. 181. — 5. Láuda Jerú-


salem. 2. D. 195.

1. Ant. 6. F (fa-la) 


O admi-rá-bi-le commér-ci-um! * Cre-
 á-tor gé-ne-ris hu-má-ni, a-nimá-tum córpus sú-
 mens, de Vír-gi-ne ná-sci digná-tus est: et pro-cé-dens
 hó-mo si-ne sé-mi-ne, lar-gí-tus est nó-bis sú-am
 de-i-tá-tem. E u o u a e.

2. Ant. 3. a 2 (mi-do) 

Quando ná-tus es * in-ef-fa-bí-li-ter ex Vír-gi-
 ne, tunc implé-tae sunt Scri-ptú-rae: sic-ut plú-vi-a
 in vellus descendí-sti, ut sál-vum fá-ce-res gé-nus hu-má-
 num: te laudá-mus Dé-us nó-ster. E u o u a e.

3. Ant. 4. E (mi-la) 


Rú-bum quem ví-de-rat * Mó-y-sés in-
 combústum, conservá-tam agnó-vi-mus tú-am laudá-bi-




lem virgi-ni-tá-tem: Dé-i Gé-ni-trix, intercé-de
 pro nó-bis. E u o u a e.

4. Ant. 1. f (ré-la) 

Germi-ná-vit * rá-dix Jé-sse, ór-ta est stél-
 la ex Já-cob: Vír-go pé-pe-rit Salva-tó-rem: te lau-
 dá-mus, Dé-us nó-ster. E u o u a e.

5. Ant. 2. D (ré-fa) 

Ecce Ma-rí-a * gé-nu-it nó-bis Sal-va-tó-
 rem, quem Jo-á-nnes ví-dens exclamá-vit, dí-cens:
 Ecce Agnus Dé-i, ecce qui tól-lit † peccá-ta mún-



di, al-le-lú-ia. *Post Septuag.* † peccá-ta mún-di.
 E u o u a e.

Capitulum.

Tit. 2. c.

Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri | desidéria, * sóbrie, et juste, et pie vivá-
 ómnibus homínibus, † erúdiens nos, | mus in hoc saéculo.
 ut abnegántes impietátem et saeculária | R̃. Déo grátias.

Hymnus. Jesu Redemptor ómnium. 271.

Ÿ. Nótum fécit Dóminus, allelúia. R̃. Salutáre súum, allelúia.

Ad Magnif.

Ant. 2. A
(la-do)

Má- gnum * hae-re-di-tá-tis my-
 sté- ri- um: témplum Dé-i fáctus est ú-
 te- rus né-sci- ens ví-rum: non est pol-lú-tus ex é- a
 cár- nem as-súm-ens: ó- mnes gén-tes vé-ni- ent, di-cén-
 tes: Gló-ri- a tí-bi Dó- mi-ne. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 2. A. 200, vel 206.

Oratio.

Deus, qui salútis aetérnae, beátae Ma- | cédere sentiámus, * per quam merúimus
 riae virginitáte fecúnda, humáno | auctórem vitae suscipere, Dóminum no-
 géneri praemia praestitisti: † tribue | strum Jesum Christum Filium tuum.
 quaesumus; ut ipsam pro nobis inter- | Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

Et non fit commemoratio sequentis.

DOMINICA INTER CIRCUMCISIONEM ET EPIPHANIAM.

FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Duplex II. Classis.

Ÿ Quando hoc Festum die 2. Januarii celebratur, in II. Vesperis Circumci-
 sionis nil fit de Sanctissimo Nomine.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 345, praeter sequentia:

Ad Magnif.

Ant. 8. G
(sol-do)

Fé- cit * mí-hi mágna qui pót-ens est,
 et sánctum nómen é- jus. Al- le- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210. — Oratio. Deus, qui unigénitum. 348.

Et non fit commemoratio Dominicae, sed tantum Vigiliae Epiphaniae, si fuerit dies 4. Januarii.

Ad Completorium, Hymnus cantatur ut in Nativitate Domini, 274, et in fine dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine. Quod servatur etiam ad Horas.







AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

3.
(mi-do)

In nó-mi- ne Jé- su * ómne gé-nu fle-
 ctá- tur cae- lé- sti- um, ter- ré- stri- um
 et in- fer- nó- rum: et ómnis língua con- fi- te-
 á- tur, qui- a Dóminus Jé- sus Chrí- stus in
 gló- ri- a est Dé- i Pá- tris. Ps. Dómi- ne
 Dómi- nus nó- ster: * quam admi- rá- bi- le est nómen tú-

(M.M. $\text{♩} = 152$.)



(M.M. ♩ = 144.)



Confi-té- bor * tí- bi, Dó- mi- ne Dé-



us mé- us, in tó- to cór-



de mé- o, et glo-



ri- fi- cá- bo nó- men tú- um in ae-



tér- num: quó-ni- am tu, Dó-



mi- ne, su- á- vis et mí- tis es: et múl-



tae mi-se- ri-cór- di- ae ómni- bus in-vo-cán- ti-



bus te, al- le-



lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)




O- mnes gén- tes * quas- cúm- que fe- cí- sti,



vé- ni- ent, et ad-o- rá- bunt co-ram



te Dó- mi- ne, et glo- ri- fi- cá- bunt nómen



tú- um: quó- ni- am má- gnus es tu, et



fá- ci- ens mi- ra- bí- li- a: tu es




Dé- us só- lus, al- le- lú- ia.

IN II. VESPERIS.


Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145. — 2. Confitébor. 5. a. 149. — 3. Beá-
tus vir. 3. a. 2. 153. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 159. — Crédidi. 8. c. 172.




Omnis * qui in-vo-cá-ve- rit nómen Dó- mi- ni,



sál- vus é- rit. E u o u a e.



Sánctum et ter-rí- bi- le * nó- men é- jus, in-



Capitulum.

Philipp. 2.

Fratres : Christus humiliávit semet-
ipsum, factus obédiens usque ad
mortem, mortem autem crucis. † Propter
quod et Deus exaltávit illum, et donávit
illi nomen quod est super omne nomen : *
ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

(M.M. ♩ = 152.)



1. Jé-su dúlcis memó-ri-a, Dans vé-ra córdis gáudi-



a : Sed su-per mel et ómni-a, E-jus dúlcis praesénti-a.



2. Nil cá-ni-tur su- á-vi-us, Nil audí-tur ju-cúndi-us, Nil co-gi-



tá-tur dúlci-us, Quam Jé-sus Dé-i Fí-li-us. 3. Jé-su spes



paeni-ténti-bus, Quam pí-us es pe-ténti-bus! Quam bó-nus




te quaerénti-bus! Sed quid inve-ni-énti-bus? 4. Nec língua



vá-let dí-ce-re, Nec lít-te-ra exprí-me-re : Expértus pót-est



cré-de-re, Quid sit Jé-sum di-lí-ge-re. 5. Sis Jé-su nóstrum



gáudi-um, Qui es fu-tú-rus praemi-um : Sit nóstra in te



gló-ri-a, Per cú-cta semper saécu-la. A- men.

Haec conclusio nunquam mutatur.

Ÿ. Sit nó-men Dó-mi-ni benedíctum, allelúia.

Ÿ. Ex hoc nunc, et usque in saéculum, allelúia.



Vo-cá-bis * nó-men é-jus Jé-sum : ípse



e-nim sál-vum fá-ci-et pó-pu-lum sú-um a peccá-tis



Cant. Magnificat. 1. g. 199, vel 205.

Oratio.

Deus, qui unigénitum Filium tuum constituísti húmáni géneris Salva-tórem, et Jesum vocári jussisti : † con-céde propítius ; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, * ejus quoque aspéctu perfruámur in caelis. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fi-lium tuum.

¶ *Quando hoc Festum celebratur die 5 Januarii, Vesperae dicuntur de sequenti Festo Epiphaniae, sine commemoratione.*

¶ *Si dies Octava S. Stephani alicubi esset ritus duplicis majoris, die 2 Januarii, de ea fieret commemoratio ut sequitur :*

Ant. Sepeliérunt Stéphanum. 322. V. Stéphanus vídit.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui pri-mítias Mártýrum in beáti Levitae Stéphaní sánguine dedicásti : † tríbue, exsístat, * qui pro suis étiam persecu-tóribus exorávit Dóminum nostrum Je-sum Christum Filium tuum. Qui tecum quaésumus ; ut pro nobis intercéssor vívit et regnat in unitáte.

DIE 3 JANUARIÍ.

In Vigilia Epiphaniae.

II. Classis. Semiduplex.

¶ *Officium hujus Vigiliae locum tenet Officium Dominicae quae vel occurrit a die 1 ad 6 Januarii, vel die 7 a superveniente Dominica infra Octavam Epiphaniae impeditur, et gaudet omnibus privilegiis Dominicae.*

Missa ut in Domin. infra Octav. Nativitatis.

Vesperae de Epiphania sine ulla commemoratione.

Completorium de Dominica.




IN EPIPHANIA DOMINI.

Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.




Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 2. D. 141. — 2. Confitébor. 1. g. 2. 145. — 3. Beátus vir. 1. g. 2. 151. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 159. — 5. Laudáte Dómi-num. 7. c. 2. 175.


Antiphonae, Capitulum, Hymnus et V. ut in II. Vesperis, 353.



Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210. — Oratio. Deus, qui hodiérna die. 358.

Tonus Hymni ad Completorium.





Hic tonus servatur ad Completorium per totam Octavam.

AD MISSAM.


(M.M. ♩ = 152.)




Ps. Dé-us, ju-dí-ci-um tú-um Ré-gi da: * et



(M.M. ♩ = 152.)




¶. Sú-r-gē,



* ór-ta est.

(M.M. ♩ = 160.)





* Dó-mi-num.

(M.M. $\text{♩} = 144$.)




(M.M. $\text{♩} = 160$.)




IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 2. D. 141. — 2. Confitébor. 1. g 2. 145. — 3. Beá-tus vir. 1. g 2. 151. — 4. Laudáte píeri. 4. E. 159. — In éxitu. 7. c 2. 166.









Sic terminantur Hymni per totam Octavam.

Alter Tonus ad libitum.



(Sic cantatur tantum in die Festi : alias adhibetur tonus solitus.)





Cant. Magnificat. 1. D. 199, vel 205.

Oratio.

Deus, qui hodierna die Unigénitum | cognóvimus, * usque ad contemplándam
tuum géntibus stella duce revelásti: † spéciem tuae celsitúdinis perducámur.
concéde propítius; ut qui jam te ex fide | Per eúmdem Dóminum.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIAE.

SANCTAE FAMILIAE JESU, MARIAE, JOSEPH.




Duplex majus.

IN I. VESPERIS.


Ps. 1. Dixit Dóminus. 1. g. 141. — 2. Laudáte púeri. 7. c. 160. — 3. Lactátus
sum. 7. d. 178. — 4. Nisi Dóminus. 2. D. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 1. f. 195.




Já- cob au- tem * gé- nu- it Jó- seph,





Ange- lus Dó- mi- ni * appá- ru- it in sómniis Jó-




Pastó- res * ve- né- runt festi- nántes, et inve-



Má- gi * intrán- tes dó- mum, inve- né- runt Pú- e-



E- rat Pá- ter é- jus * et Má- ter mi- rán-



Capitul. Descendit Jesus. ut in II. Vesp. 362. Hymnus. O lux beata Caelitum.

Ÿ. Beati qui habitant in domo tua, Domine.

R. In saecula saeculorum laudabunt te.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

(sol-do)

Verbum ca-ro fa-ctum est, * et ha-bi-ta-vit

in no-bis, ple-num gra-ti-ae et ve-ri-ta-tis; de cu-

jus ple-ni-tu-di-ne omnes nos accé-pi-mus, et gra-

ti-am pro gra-ti-a, al-le-lu-ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui Mariae et Joseph subditus, domesticam vitam sanctae tuae exemplis instrui; * et concortium consequi sempiternum: Qui ineffabilibus virtutibus consecrasti: † vivis et regnas cum Deo Patre.

fac nos, utriusque auxilio, Familiae

Et fit commem. praeced. diei infra Octavam: Antiphona diei currentis propria.

Ÿ. Reges Tharsis et insulae munera offerent.

R. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Oratio.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella ducere revelasti: † cognovimus, * usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. concede propitius; ut qui jam te ex fide Per eundem Dominum.

Deinde Dominicae:

Ant.

2.

(ré-fa)

Remansit * pu-er Je-sus in Je-rú-sa-lem,

et non cogno-vé-runt pa-rén-tes é-jus, ex-i-stimántes il-lum

és-se in com-i-tá-tu: et re-qui-ré-bant é-um

in-ter cogná-tos et nó-tos.

Ÿ. Omnes de Saba venient, alleluia.

R. Aurum et thus deferentes, alleluia.

Oratio.

Vota, quaesumus Domine, supplicantis implenda quae viderint, convalescant. populi caelesti pietate prosequere: † Per Dominum nostrum. ut et quae agenda sunt, videant; * et ad

Ad Completorium. Hymnus cantatur in tono Octavae, 349, cum doxologia Jesu, tuis obediens. ut infra, 362 v.

AD MISSAM.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

Intr.

7.

(sol-ré)

Exsúl-tet gáu-di-o * pá-ter Jús-ti,

gáu-de-at Pá-ter tú-us et Má-ter tú-a,

et ex-súl-tet quae gé-nu-it te.

Ps. Quam di-lécta ta-berná-cu-la tú-a, Dó-mi-ne vir-

tú-tum! * con-cu-píscit et dé-fi-cit á-ni-ma mé-a

in á-tri-a Dó-mi-ni. Gló-ri-a Pá-tri.

E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)

Grad.
5.
(fa-do)

U- nam pé- ti- i * a Dó- mi-
no, hanc re- quí- ram, ut in- há-
bi- tem in dō- mo Dó- mi- ni ómni-
bus di- é- bus ví- tae mé- ae.

V. Be- á- ti qui há- bi- tant in dōmo tú- a,
Dó- mi- ne: in saecu- la saecu- ló-
rum * lau- dá- bunt te.

(M.M. ♩ = 160.)

Al- le- lú- ia. * 2j.
V. Ve- re tu es

Rex abscón- di- tus, Dé-
us Is- ra- el * Sal- vá- tor.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

4.
(mi-la)

Tu- lé- runt * Jé- sum pa- rén-
tes é- jus in Je-
rú- sa- lem, ut sí- ste- rent é-
um Dó- mi- no.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

1.
(ré-la)

De- scén- dit Jé- sus * cum é- is, et
vé- nit Ná- za- reth, et é- rat
súb- di- tus fl- lis.

IN II. VESPERIS.

Quoties in eis de hoc Festo facta tantum fuerit commemoratio, Antiphonae et Psalmi de I. Vesperis.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 8. G. 145 — 2. Laudáte púeri. 4. E. 159. — 3. Laetátus sum. 8. G. 179. — 4. Nisi Dóminus. 2. D. 181. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G. 198.

1. Ant.
8. G
(sol-do)

Post trí-du-um, *inve-né-runt Jé-sum in tém-plo, se-déntem in mé-di-o doctó-rum, audi-én-tem íl-lo-s et inter-ro-gán-tem é-os. E u o u a e.

2. Ant.
4. E
(mi-la)

Dí-xit Má-ter Jé-su ad íl-lum: *Fí-li, quid fe-ci-sti nó-bis sic? Ecce pá-ter tú-us et é-go do-lén-tes quaere-bá-mus te. E u o u a e.

3. Ant.
8. G
(sol-do)

Descén-dit *Jé-sus cum é-is, et vé-nit Ná-za-reth, et é-rat súb-di-tus íl-lis. E u o u a e.

4. Ant.
2. D
(ré-fa)

Ét Jé-sus *pro-fi-ci-é-bat sa-pi-én-

ti-a, et ae-tá-te et grá-ti-a a-pud Dé-um et hó-mi-nes. E u o u a e.

5. Ant.
8. G
(sol-do)

Et di-cé-bant: *Unde hú-ic sa-pi-énti-a haec et virtú-tes? Nonne hic est fá-bri fí-li-us? E u o u a e.

Capitulum.

Luc. 2.

D Escéndit Jesus cum Maria et Joseph, | tus illis.
et venit Názareth, * et erat súbdi-

Ry. Deo grátias.

(M.M. ♩ = 120.)

Hymn.
2.
(ré-fa)

O lux be-á-ta Caé-li-tum, Et súmma spes mor-tá-li-um, Jé-su, o cui do-mé-sti-ca Ar-rí-sit.

mor-tá-li-um, Jé-su, o cui do-mé-sti-ca Ar-rí-sit.

orto cá-ri-tas: 2. Ma-rí-a, dí-ves grá-ti-a, O só-la.

quae cá-sto pó-tes Fo-vé-re Jé-sum pécto-re, Cum lá-cte dó-nans ó-scu-la: 3. Tú-que ex ve-tústis pá-tri-bus,

cte dó-nans ó-scu-la: 3. Tú-que ex ve-tústis pá-tri-bus,

De- lécte cú- stos Vír- gi- nis, Dúl- ci pá- tris quem nó- mi-
ne Di- ví- na Pró- les ín- vo- cat : 4. De stírpe Jé- sse nó- bi-
lí Ná- ti in sa- lú- tem gén- ti- um, Au- dí- te nos qui sú- pli-
ces Vé- stras ad á- ras sís- timus. 5. Dum sol ré- dux ad vé-
spe- rum Ré- bus ni- tó- rem dé- tra- hit, Nos hic ma- nén-
tes ínti- mo Ex córde vó- ta fúndimus. 6. Qua vé- stra
sé- des fló- ru- it Vir- tú- tis ó- mnis grá- ti- a, Hanc dé-
tur in do- mé- sti- cis Re- fér- re pósse mó- ri- bus. 7. Jé- su,
tú- is ob- é- di- ens Qui fáctus es pa- rén- ti- bus, Cum Pá-
tre súm- mo ac Spí- ri- tu Semper tí- bi sit gló- ri- a.
A- men.

Ÿ. Pónam univérso filios tuos doctos a Dómino.

R. Et multitudinem pacis filiis tuis.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

(sol-do)

Ma-rí- a au- tem conservábat ómni- a vérba
haec, cónfe-rens in cór- de sú- o. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204, vel 210.

Oratio. Dómine Jesu Christe. 359v.

Et fit commemor. sequentis diei infra Octavam per Ant. diei currentis propriam.

Ÿ. Régis Thársis et insulae múnera offerent.

R. Régis Arabum et Sába dóna addúcent.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 359v.

Deinde de Dominica.

Ant.

8.

(sol-do)

Fí- lí, * quid fe- cí- sti nó- bis sic? E- go et pá-
ter tú- us do- lén- tes quae- re- bá- mus te. Quid est
quod me quae- re- bá- tis? nesci- e- bá- tis qui- a in his
quae Pátris mé- i sunt, opór- tet me és- se?

Ÿ. Omnes de Sába vénient, allelúia. R. Aurum et thus deferentes, allelúia.

Oratio. Vota, quaesumus. 360.

Missa de Dominica infra Octavam Epiphaniae.

Haec Missa reponitur in proximiorē sequentē Feriā, in qua Officium agatur de Octava; si autem Dominica occurrerit die 13 Januarii, resumitur die 19 ejusdem mensis.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

8.

(sol-do)

In ex- cé- lso- thro- no * ví- di se- dé-

re ví- rum, quem ad-ó- rat mul-ti- tú-
do Ange- ló- rum, psal-lén- tes in ú-
num: ec- ce cú- jus impé- ri- i nó-
men est in ae- tér- num. *Ps.* Ju-bi- lá- te Dé- o
ómnis tér- ra: * ser- ví- te Dómi- no in lae- tí- ti- a.
Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)

Grad.

7.

(sol-ré)

Be-ne-dí- ctus * Dó- mi- nus Dé-
us Is- ra- el, qui fá- cit
mi- ra- bí- li- a má- gna só-
lus a saé-

cu- lo.
V. Sus- cí- pi- ant món- tes pá-
cem
pó- pu- lo tú- o,
et cól- les * ju-
stí- ti- am.

(M.M. ♩ = 160.)

3.

(mi-do)

Al- le- lú- ia. * ij.
V. Ju-bi- lá- te Dé- o ó- mnis tér-
ra: ser- ví- te Dó-







(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

5.

(fa-do)




(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

1.

(ré-la)




7 JANUARI.


Secunda die infra Octavam.

Ad Magnif.

Ant. 7. a

(sol-ré)






8.

Tertia die.




9.

Quarta die.



10.

Quinta die.



11.

Sexta die.



Commemoratio S. Hygini, Papae et Mart.

Oratio.

Infirmitatem nostram respice, omni-
potens Deus : * et quia pondus pró-
priae actionis gravat, beati Hygini | Mártiris tui atque Pontificis intercésio
gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

¶ Si dies Octava Epiphaniae incidit in Dominicam, Officium fit de Octava,
et Festum S. Familiae agitur in Sabbato.

In Octava Epiphaniae.

Duplex majus.


Omnia ut in die Epiphaniae, 348, excepta Oratione.

Oratio.

Deus, cujus Unigenitus in substantia nobis foris agnovimus, * intus reformári
nostrae carnis apparuit : † praesta, mereámur. Qui tecum vivit.
quaesumus ; ut per eum, quem similem

Dominica II. post Epiphaniam.

AD MISSAM.



Dé-us, et psál-lat tí-bi: psál-mum dí-cat nó-mi-ni tú-o, Al-tís-si-me. Ps. Ju-bi-lá-te Dē-o ómnis tér-ra, *
psál-mum dí-ci-te nó-mi-ni é-jus: dá-te gló-ri-am láu-di é-jus. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

Grad.

3.

(fa-do)

Mí-sit Dó-mi-nus * vér-bum sú-um, et sa-ná-vit é-os: et e-rí-pu-it é-os de inté-r-i-tu e-ó-rum. V. Confi-te-án-






tur Dó-mi-no mi-se-ri-cór-di-ae é-jus: et mi-ra-bí-li-a e-jus fí-li-is * hó-mi-num.

(M.M. $\text{♩} = 160$.)




Al-le-lú-ia. * ij. V. Laudá-te Dē-um ómnes Ange-li é-jus: lau-dá-te é-um ómnes virtú-tes * é-



(M.M. ♩ = 144.)



(M.M. ♩ = 160.)




AD VESPERAS.

Omnia ut in Dominicis per annum, 211.



De-fi-ci-ente ví-no, * jús-sit Jé-sus im-



Cant. Magnificat, l. f. 199.

Y. Dirigátur Dómine oratio méa. R. Sicut incénsum in conspéctu túo.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui cæ-
léstia simul et terréna moderáris : †
supplicatiónes pópuli tui cleménter ex-
tempóribus. Per Dóminum.

Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 221.

Dominica III. post Epiphaniam.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

7.

(sol-ré)



(M.M. ♩ = 152.)

Grad.

5.

(fa-do)



(M.M. ♩ = 160.)

8.

(sol-do)



V. Dó- mi-nus re-gná- vit, ex-
súl- tet tér- ra: lae-tén-
tur ín-su- lae * múl- tae.

Offert. Dextera Dómini. 493.

(M.M. $\text{♩} = 160$.)

Comm. 7. (sol-ré)

Mi- ra- * bân- tur ó- mnes *
de his quae pro- ce-dé- bant de ó-
re Dé- i.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Dominicis per annum, 211.

Ad Magnif. Ant. 1. g 2 (ré-là)

Dómi- ne, * si tu vis, pó-tes me mundá-

re: et á- it Jé- sus: Vó-lo, mun- dá-re.
E u o u a e.

Cant. Magnificat. 1. g 2. 199.

V. Dirigátur Dómine orátio méa. R. Sicut incensum in conspectu túo.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, infirmi- atque ad protegéndum nos, * dexteram
tátem nostram propítius réspice: † tuae majestátis exténde. Per Dóminum.

Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 221.

Dominica IV. post Epiphaniam.

Omnia ut in Dominica III. praeter sequentia:

AD VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. g 2 (ré-là)

Dómi- ne, * sálva nos, per- í- mus: ímpe-
cat, Cae-lóque a- pértó, súbdi-tum Ré- gem te- nebrá-
rum trá-hit. 7. Ut sis per- én-ne ménti-bus Paschá-
le Jé-su gáudi- um, A mórtē dí-ra crí-mi-num Ví- tae
re- ná-tos lí-be-ra. 8. Dé- o Pá- tri sit gló-ri- a, Et
Fí- li- o, quí a mórtu- is Surre- xit, ac Pa- rácli- to,
In sem- pi- térna saécu- la. A- men.

Alter Tonus.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

4. (mi-la)

1. Ad ré- gi- as A-gní dá-pes, Stó-lis a- mí-cti
cándi-dis, Post tránsi-tum má- ris Rúbri, Christo ca- ná-

mus Prínci-pi. 2. Di- ví- na cú-jus cá-ri-tas Sácrum
pro- pí-nat sánguinem, Almíque mémбра córpo-ris
Amor sa- cérdos ímmo-lat. 3. Spár-sum cru- ó-rem
pósti-bus Vastá-tor hórrēt Ange-lus : Fu-gítque di-ví-
sum má-re, Mergúntur hóstes flúcti-bus. 4. Jam Pá-
scha nóstrum Christus est, Paschá-lis í-dem víctima,
Et pú-ra pú-ris ménti-bus Since-ri- tá-tis á-zyma.
5. O vé- ra caé-li víctima, Subjécta cui sunt tártá-ra,
So-lú-ta mórtis víncu-la, Re-cépta ví-tae praémi- a.
6. Ví-ctor sub- á-ctis ínfé-ris, Trophaé- a Christus éxpli-

cat, Cae-lóque apérto, súbdi-tum Ré-gem te- nebrá-
 rum trá-hit. 7. Ut sis per-énne ménti-bus Paschá-le
 Jé-su gáudi-um, A mórtē dí-ra crimi-num Ví-tae re- ná-
 tos lí-be-ra. 8. Dé-o. Pá-tri sit gló-ri-a, Et Fí-
 li-o, qui a mórtu-is Surréxít, ac Pa-rácli-to,
 In sempi- térna saécu-la. A- men.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, nisi propriam doxologiam habeant.

V. Máne nobiscum Dómine, allelúia.
 R. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. c. (sol-do)
 Post dí-es o-cto, * já-nu-is cláu-sis,
 ingréssus Dómi-nus dí-xit é-is: Pax vó-bis, alle-lú-
 ia, alle-lú-ia. E u o u a e.
 Cant. Magnificat. 8. c. 204.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens De- mus; * haec, te largiente, moribus et
 us: † ut qui paschalia festa peré- vita teneamus. Per Dóminum nostrum.

Dominica II. post Pascha.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr. 4. (mi-la)
 Mi-se-ri-cór-di-a * Dó-mi-ni plé-
 na est tér-ra, al-le-lú-ia: vér-bo
 Dé-i cae-li fir-má-ti sunt, al-le-
 lú-ia, al-le-lú-ia. Ps. Exsul-tá-te
 jú-sti in Dó-mi-no: * ré-ctos dé-cet col-lau-dá-ti
 o. Gló-ri-a Pá-tri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

3. (mi-do)
 Al-le-lú-ia. * ij.
 Al-le-lú-ia. * ij.

V. Co- gno- vé- runt di- scí- pu- lí

 Dó- mi- num Jé- sum in

 fra- cti- ó- ne * pá- nis.

(M.M. = 160.)

1.

 (ré-la) Al- le- lú- ia. *

 V. Ego sum

 pá- stor bó- nus: et cognó-

 sco ó- ves

 mé- as, et co- gnó- scunt me *

 mé- ae.

(M.M. = 144.)

Offert.

2.

 (ré-fa) Dé- us, * Dé- us mé- us, ad te

 de lú- ce ví- gi- lo: et in

 nómine tú- o le- vá- bo má-

 nus mé- as, al- le- lú- ia.

(M.M. = 160.)

Comm.

2.

 (ré-fa) E- go sum * pá- stor bó- nus, al- le-

 lú- ia: et co- gnó- sco ó- ves mé- as, et

 co- gnó- scunt me mé- ae, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 212.

Capitulum.

1. Petr. 2. d.

CARISSIMI: Christus passus est pro
 nobis, † vobis relinquens exéplum,
 ut sequámini vestigia ejus. * Qui peccá-
 tum non fecit, nec invéntus est dolus in
 ore ejus.


Hymnus. Ad régias Agni dâpes. 625, vel 626. V. Máne nobiscum. 628.

Ad Magnif.

Ant. 3. a

(mi-áo)

E- go sum * pá- stor bó- nus, qui pásco



Cant. Magnificat. 3. a. 200.

Oratio.


Deus, qui in Filii tui humilitate, † quos perpétuae mortis eripuisti casibus, †
 jacentem mundum erexisti: fidelibus gaudiis facias pérfrui sempiternis. Per
 tuis perpétuam concède laetítiam; * ut eúmdem Dóminum.

Deinde fit commemoratio de Cruce, 222.


Dominica III. post Pascha.

AD MISSAM.


(M.M. ♩ = 152.)



(M.M. ♩ = 160.)



(M.M. ♩ = 160.)



mór- tu- is, et í- ta in-trá-
re in gló- ri- am * sú-
am.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

4.

(mi-la)

Láu- da * á- ni- ma mé-
a Dó-mi- num : lau-dá- bo Dó- mi-
num in ví- ta mé- a : psál-
lam Dé- o mé- o, quám di- u é-
ro al- le- lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

8.

(sol-do)

Mó- di- cum * et non vi- dé- bi- tis me,

al- le- lú- ia : í- te- rum mó- di- cum, et vi-
dé- bi- tis me, qui- a vá- do ad Pá- trem, al-
le- lú- ia, al- le- lú- ia.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. Pr. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, 212.

Capitulum.

1. Petr. 2. c.

Carissimi : Obsecro vos tamquam vos a carnálibus desidériis, * quae mili-
ádvenas et peregrinos, † abstinére tant advérsus ánimam.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 625, vel 626. Ÿ. Máne nobiscum. 628.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

(sol-do)

Amen, a- men dí- co vó- bis, qui- a plo- rá- bi-
tis et flé- bi- tis vos : mún- dus au- tem gaudé- bit,
vos ve- ro contri- sta- bí- mi- ni : sed tri- stí- ti- a vé-
stra verté- tur in gaudi- um, al- le- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204.

Oratio.

Deus, qui errántibus, ut in viam pos-
sint redire justítiae, veritátis tuae
lumen osténdis : † da cunctis qui chri-
stiána professione censéntur, et illa
respúere quae huic inimíca sunt nómi-
ni ; * et ea quae sunt apta, sectári. Per
Dóminum.

Commemoratio de Cruce, 222.

Dominica IV. post Pascha.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

6.

(fa-la)

Can-tá-te Dó-mi-no * cánti-cum nó-
vum, al-le-lú-ia: qui-a mi-ra-bí-li-a
fé-cit Dó-mi-nus, al-le-lú-ia: an-
te conspéctum gén-ti-um re-ve-lá-vit ju-
stí-ti-am sú-am, al-le-lú-ia, al-le-lú-
ia. Ps. Sal-vá-vit sí-bi dexte-ra é-jus: * et brá-chi-um
sánctum é-jus. Gló-ri-a Pátri. É u o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

4.

(mi-la)

Al-le-lú-ia. * ij.
V. Dexte-ra Dé-i

fé-cit vir-tú-tem: dexte-ra Dó-
mi-ni * ex-al-tá-vit me.

(M.M. ♩ = 160.)

1.


(re-la)

Al-le-lú-ia. *
V. Chrí-stus re-súr-gens
ex mór-tu-is, jam
non mó-ri-tur: mors
il-li
ul-tra * non do-mi-ná-bi-tur.




Offertorium. Jubilate Déo. 366.


(M.M. ♩ = 160.)



Comm. 8. (sol-do) Dum vé- ne- rit * Pa- rá- cli- tus




Spi- ri- tus ve- ri- tá- tis, il- le ár-



gu- et mún- dum de peccá- to, et de ju- stí-



ti- a, et de ju- dí- ci- o, alle- lú-



ia, al- le- lú- ia.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. Ps. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, 212.

Capitulum.


Jac. i. c.

Carissimi : Omne datum óptimum, et apud quem non est transmutatio, * nec
omne donum perfectum desursum vicissitudinis obumbratio.
est, descéndens a Patre lúminum, †

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 625, vel 626. ✕. Máne nobiscum. 628.



Ad Magnif. Ant. 2. D (ri-fa) Vá-do ad é- um * qui mí- sit me : sed



qui- a haec lo- cú- tus sum vó- bis, tri- stí- ti- a imple- vit



cor véstrum, alle- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 2. D. 200.

Oratio.

D Eus, qui fidélium mentes unius éficis | promittis; * ut inter mundánas varieta-
voluntátis : † da pópulis tuis id | tes, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera
amare quod praecipis, id desiderare quod | sunt gándia. Per Dóminum.

Commemoratio de Cruce, 222.


Dominica V. post Pascha

AD MISSAM.


(M.M. ♩ = 152.)



Intr. 3. (mi-do) Vó- cem ju- cun- di- tá- tis * annunti- á-



te, et au- di- á- tur, al- le-



lú- ia : nun- ti- á- te us- que ad ex-



tré- mum tér- rae : li- be- rá- vit Dó-



mi- nus pó- pu- lum sú- um, al- le- lú- ia,




al- le- lú- ia. Ps. Ju-



bi- lá- te Dé- o ómnis tér- ra : * psál- mum dí- ci- te




(M.M. ♩ = 160.)



6.

(M.M. ♩ = 160.)



(M.M. ♩ = 144.)

Offert.



dit commo- vé- ri pé-des mé- os :

be-ne-dí- ctus Dó- mi-nus, qui non a- mó-

vit depre- ca- ti- ó- nem mé- am, et mi-se-

ri- cór- di- am sú- am a me,

al- le- lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 2. (la-do)

Cantá-te Dó- mi- no, * al- le- lú-

ia.: cantá-te Dó- mi- no, be-ne- dí- ci- te nó-

men é- jus: be- ne nun- ti- á-

te de dí- e in dí- em, sa- lu- tá- re

é- jus, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. Ps. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominica, 212.

Capitulum.

Jac. r. d.

Carissimi : Estóte factóres verbi, et viro consideránti vultum nativitátis suae
non auditóres tantum, falléntes vos- in spéculo : * considerávit enim se, et
metippos. † Quia si quis auditor est ábiit, et statim oblitus est qualis fúerit.
verbi, et non factor : hic comparábitur

Hymnus. Ad régias Agni dapes. 625, vel 626. V. Máne nobiscum. 628.

Ad Magnif.

Ant. 8. G*
(sol-do)

Pé- ti- té, et acci- pi- é- tis, ut gaudi-

um véstrum sit plé- num : ípse e- nim Pá- ter á- mat

vos, qui- a vos me amá- stis, et cre- di- dí- stis, al- le-

lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G*. 204.

Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt, et te gubernánte, eadem faciámus. Per
largire supplicibus tuis : * ut cogi- Dóminum nostrum.
témus te inspiránte quae recta sunt; *

Commemoratio de Cruce, 222.

IN LITANIIS MAJORIBUS ET MINORIBUS.

AD PROCESSIONEM.

Ante Processionem cantatur stando :

(M.M. ♩ = 152.)


Ant.

2.

(vél-fa)


Exsúr-ge Dó- mi- ne, * á- d- ju- va nos,

et li- be- ra nos propter nómen tú- um. Ps. Dé-






Duo Cantores ante altare majus genuflexi Litanias incipiunt, et omnes versus duplicantur, nisi Processio fuerit impedita.


(M.M. ♩ = 144-160.)



Surgunt omnes et ordinatim procedunt, Litanias prosequentes.



Sáncte Páule,	óra.	Sáncte Ambrósi,	óra.
Sáncte Andréa,	óra.	Sáncte Augustíne,	óra.
Sáncte Jacóbe,	óra.	Sáncte Hierónyme,	óra.
Sáncte Joánnes,	óra.	Sáncte Martíne,	óra.
Sáncte Thóma,	óra.	Sáncte Nicoláe,	óra.
Sáncte Jacóbe,	óra.	Omnes sáncti Pontífices et Con-	
Sáncte Philippe,	óra.	fessóres,	oráte.
Sáncte Bartholomaeé,	óra.	Omnes sáncti Doctóres,	oráte.
Sáncte Matthaeé,	óra.	Sáncte Antóni,	óra.
Sáncte Símon,	óra.	Sáncte Benedicte,	óra.
Sáncte Thaddaeé,	óra.	Sáncte Bernárde,	óra.
Sáncte Mathía,	óra.	Sáncte Dominice,	óra.
Sáncte Bárnaba,	óra.	Sáncte Francisce,	óra.
Sáncte Lúca,	óra.	Omnes sáncti Sacerdótes et Le-	
Sáncte Márce,	óra.	vítæ,	oráte.
Omnes sáncti Apóstoli et Evan-		Omnes sáncti Mónachi et Ere-	
gelístæ,	oráte.	mitæ,	oráte.
Omnes sáncti Discípuli Dómini,	oráte.	Sáncta María Magdaléna,	óra.
Omnes sáncti Innocéntes,	oráte.	Sáncta Agatha,	óra.
Sáncte Stéphane,	óra.	Sáncta Lúcia,	óra.
Sáncte Lauréti,	óra.	Sáncta Agnes,	óra.
Sáncte Vincéti,	óra.	Sáncta Caecília,	óra.
Sáncti Fabiáne et Sebastíane,	oráte.	Sáncta Catharina,	óra.
Sáncti Joánnes et Páule,	oráte.	Sáncta Anastásia,	óra.
Sáncti Cósma et Damiáne,	oráte.	Omnes sánctæ Virgines et	
Sáncti Gervási et Protási,	oráte.	Víduæ,	oráte.
Omnes sáncti Mártires,	oráte.	Omnes Sáncti et Sánctæ Déi,	
Sáncte Silvéster,	óra.	intercedite pro nobis.	
Sáncte Gregóri,	óra.		



Pro-pi-ti-us é-sto, pár-ce nó-bis Dómi-ne.
 Pro-pi-ti-us é-sto, ex-áu-di nos Dómi-ne.
 Ab ómni má-lo, lí-be-ra nos Dómi-ne.


Ab ómni peccáto,
 Ab ira túa,
 A subitánea et improvisa móрте,
 Ab insidiis diáboli,
 Ab ira, et ódio, et ómni mála voluntáte,
 A spiritu fornicatiónis,
 A fúlgure et tempestáte,
 A flagélló terraemótus,
 A péste, fáme, et bello,
 A móрте perpétua,
 Per mystérium sánctae incarnatiónis túae,
 Per advéntum tuum,
 Per nativitém túam,
 Per baptismum et sánctum jejúnium túum,
 Per crúcem et passióem túam,
 Per mórtē et sepultúram túam,
 Per sánctam resurrectiόem túam,
 Per admirábilem ascensiόem túam,
 Per advéntum Spíritus Sánti Parácliti,
 In die iudicii,

líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.
 líbera nos Dómine.




Pecca-tó-res, te ro-gá-mus áu-di nos.

Ut nóbis párcas,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut nóbis indúlgeas,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut ad véram paeniténtiam nos perdúcere dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut Ecclésiám túam sánctam † régere et conserváre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut Dómnium Apostólicum et ómnes ecclesiásticos órdenes † in sáncta religiόe conserváre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut inimicos sánctae Ecclésiiae † humiliáre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut régibus et princípibus cristiánis † pácem et véram concórdiam donáre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut cúncto pópulo cristiáno † pácem et unitátem largiri dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut ómnes errántes ad unitátem Ecclésiiae revocáre, † et infidéles univérso ad Evangélii lumen perdúcere dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut nosmetípsos in túo sáncto servitio † confortáre et conserváre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut méntes nóstras † ad caeléstia desidéria érigas,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut ómnibus benefactóribus nóstris † sempitérna bóna retribúas,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut ánimas nóstras † frátrum, propinquórum et benefactórum nostrórum † ab aetérna damnatiόe erípias,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut fructus térrae † dáre et conserváre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut ómnibus fídelibus defunctis † réquiem aetérnam donáre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Ut nos exaudíre dignéris,	te ro-gá-mus áu-di nos.
Fili Dói,	te ro-gá-mus áu-di nos.



Agnus Dé-i, qui tól-lis peccá-ta mún-di, pár-ce nó-bis Dómi-ne. Agnus Dé-i, qui tól-lis peccá-ta mún-di, exáudi nos Dómi-ne. Agnus Dé-i, qui tól-lis peccá-ta mún-di, mi-se-ré-re nó-bis. Chrí-ste áu-di nos. Chrí-ste exáudi nos. Ký-ri-e e-lé-i-son. Chrí-ste e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son. Pá-ter nó-ster. *secreto.* V. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem. R. Sed lí-be-ra nos a má-lo.

Psalmus 69.



Dé-us in adju-tó-ri-um mé-um intén-de: *

Dómi-ne ad adjuvándum me fes-tí-na.

2. Confundántur et reveréántur, * qui quaérunt ánimam méam.
3. Avertántur retrórsim, et erubéscant, * qui vólunt mihi mála.
4. Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi: Euge, éuge.
5. Exsúltent et laeténtur in te ómnes qui quaérunt te: * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre túum.
6. Ego vero egénus et páuper sum: * Déus adjuva me.
7. Adjútor méus et liberátor méus és tu: * Dómine ne moréris.
8. Glória Pátri, et Fílio, * et Spíritui Sáncto.
9. Sicut erat in principio, et nunc, et sémpet, * et in saécula saeculórum. Amen.

Ÿ. Sálvos fac sérvos túos. R7. Déus méus sperántes in te.
 Ÿ. Esto nobis Dómine túrris fortitúdinis. R7. A fácie inimici.
 Ÿ. Nihil proficiat inimicus in nobis.
 R7. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.
 Ÿ. Dómine non secúndum peccáta nóstra fácias nobis.
 R7. Neque secúndum iniquitátes nóstras retríbuas nobis.
 Ÿ. Orémus pro Pontífice nóstro *N.*
 R7. Dóminus conservet eum, et vivíficet eum, † et beátum faciat eum in térra, *
 et non trádat eum in ánimam inimicórum ejus.
 Ÿ. Orémus pro benefactóribus nóstris.
 R7. Retribuere dignáre Dómine, † omnibus nobis bóna faciéntibus propter nómen
 túum, * vítam aetérnam. Amen.
 Ÿ. Orémus pro fidélibus defúctis.
 R7. Réquiem aetérnam dóna eis Dómine, * et lux perpétua lúceat eis.
 Ÿ. Requiéscant in páce. R7. Amen.
 Ÿ. Pro frátribus nóstris abséntibus.
 R7. Sálvos fac sérvos túos, * Déus méus, sperántes in te.
 Ÿ. Mítte eis Dómine auxílium de sánc-to. R7. Et de Sion túere eos.
 Ÿ. Dómine exáudi oratíonem méam. R7. Et clámor méus ad te véniat.
 Ÿ. Dóminus vobíscum. R7. Et cum spírítu túo.

Orémus.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere : † súscipe deprecatió-nem nostram ; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constrín-git, * miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, supplicum preces : † et confiténtium tibi parce peccátis ; * ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus et pacem.

Ineffábilem nobis Dómine misericór-diam tuam cleménter osténde : † ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas ; * et a poenis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, paeniténtia placáris : † preces pópuli tui sup-plicántis propítius réspice ; * et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis no-stris merémur, avérte.

Omnipotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : † et dirige eum secúndum tuam cleméntiam in víam salútis aetérnae ; * ut, te do-nánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; * ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium sublata

formidine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum Dómine : † ut tibi casto corpore serviámus ; * et mundo corde placeámus.

Fidélium Deus ómnium Cónditor et Redemptor, animábus famulórum fa-mularúmque tuárum remissionem cun-ctorum tribue peccatórum : † ut indul-géntiam, quam semper optavérunt, * piis supplicatióibus consequántur.

Actiões nostras, quæsumus Dómine. aspirándo præveni, et adjuvándø proséquere : † ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, * et per te coepta finiátur.

Omnipotens sempitérne Deus, qui ví-vorum domináris simul et mortuórum, omníumque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis : † te supplices exorámus ; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens saeculum adhuc in carne retinet, vel futúrum jam exítos corpore suscépit, * intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequán-tur. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-stum Filium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saecula saeculórum. R7. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R7. Et cum spírítu túo.
 Ÿ. Exáudiat nos omnipotens et miséricors Dóminus. R7. Amen.
 Ÿ. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Déi requiéscant in páce. R7. Amen.

AD MISSAM.

M.M. ♩ = 152.)

Intr. 4. *(mi-la)* Exau-dí- vit * de témplo sánc-to sú- o

vó- cem mé- am, al- le- lú- ia :

et clá- mor mé- us in conspé- ctu é-jus

intro- í- vit in áu- res é- jus, al-

le- lú- ia, al-le- lú- ia. Ps. Dí-

li- gam te Dómi-ne for-ti- tú-do mé- a : * Dó- mi- nus

fírmaméntum mé- um, et re-fú-gi- um mé- um, et li-be-rá-

tor mé- us. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

In hac Missa, non dicitur Glória in excelsis, neque Credo.

(M.M. ♩ = 160.)

8. *(sol-do)* Alle-lú- ia. * *(Non repetitur.)*



 V. Confi-té-mi-ni Dó-mi-no, quó-ni-am



 bó-nus: quóni-am in saé-



 cu-lum mi-se-ri-cór-di-a * é-



 jus. *Non repetitur Allelúia.*

(M.M. $\text{♩} = 144$)

 Offert. 6. *(fa-la)*



 Con-fi-té-bor * Dó-mi-no ni-mis in



 ó-re mé-o : et in mé-di-o mul-



 tó-rum lau-dá-bo é-um, qui á-sti-



 tit ad déx-te-ram páu-pe-ris,



 ut sál-vam fá-ce-ret a per-se-



 quénti-bus á-ni-mam mé-am,



 al-le-lú-ia.

 (M.M. $\text{♩} = 160$)

 Comm. 1. *(ré-la)*



 Pé-ti-te, * et ac-ci-pi-é-tis : quaéri-te,




 et in-ve-ni-é-tis : pul-sá-te,



 et a-pe-ri-é-tur vó-bis : ó-mnis e-nim



 qui pé-tit, ác-ci-pit : et qui quaérit, ín-ve-



 nit : pul-sán-ti a-pe-ri-é-tur, al-



 le-lú-ia.

IN ASCENSIONE DOMINI.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 655, praeter sequentia :

Ad Magnif. Ant. 6. F *(fa-la)*



 Pá-ter, * ma-ni-festá-vi nó-men tú-um



Cant. Magnificat. 6. F. 203, vel 205. — Oratio. Concède. 659.

Tonus Hymni ad Completorium.

(M.M. $\text{♩} = 144$.)





Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Pentecosten, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.

In eodem tono cantantur Hymni ad Horas etiam in Festis Sanctorum, usque ad Pentecosten.

AD MISSAM.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)



(M.M. ♩ = 160.)

4. (mi-la) Al-le-lú-ia. * ij.

¶. Ascéndit Dé-us in ju-bi-la-ti-ó-ne, et Dómi-nus in vó-ce * tú-bae.

(M.M. ♩ = 160.)

8. (sol-do) Al-le-lú-ia. *

¶. Dó-mi-nus in Sí-na in sán-cto, a-scén-dens in ál-tum, ca-pti-vam dú-xit * ca-pti-vi-tá-tem.

(M.M. ♩ = 144.)

(M.M. ♩ = 144.)

Offert. 1. (ré-la) A-scén-dit * Dé-us in ju-bi-la-ti-ó-ne, Dó-mi-nus in vó-ce tú-bae, al-le-lú-ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 1. (ré-la) Psál-li-te Dó-mi-no, * qui a-scén-dit, su-per caé-los cae-ló-rum ad Ó-ri-én-tem, al-le-lú-ia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 7. a. 144. — 2. Confitébor. 8. G*. 150. — 3. Beátus vir. 4. A*. 154. — 4. Laudáte púeri. 8. G*. 161. — 5. Laudáte Dómi-num. 8. G. 175.

1. Ant.
7. a
(sol-ré)

Vi-ri Ga-li-laé- i, * quid aspí-ci-tis in caé-

lum? Hic Jé-sus, qui assúptus est a vó-bis in caélum,
sic vé-ni-et, al-le-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant.
8. G*
(sol-do)

Cumque * intu-e-réntur in caélum e-úntem il-
lum, di-xé-runt, al-le-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.
4. A*
(la-ré)

E-le-vá-tis má-ni-bus, * be-ne-dí-xit é-is : et
fe-re-bá-tur in caé-lum, al-le-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.
8. G*
(sol-do)

Ex-al-tá-re * Ré-gem ré-gum, et hý-
mnum dí-ci-te Dé-o, al-le-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.
8. G
(sol-do)

Vi-dénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nú-bes
suscé-pit é-um in caélo, al-le-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.

Act. I.

PRimum quidem sermónem feci de qua praeicipiens Apóstolis per Spíritum
óm-nibus, o Theóphile, † quae coepit Sanctum, quos elégit, * assúptus est.
Jesus fácere, et docére usque in diem,

(M.M. ♩ = 144.)

Hymn.
4.
(mi-la)

1. Sa-lú-tis hu-má-nae Sá-tor, Jé-su vo-

lú-ptas córdi-um, Or-bis red-émpti Cón-di-tor, Et

cá-sta lux amán-ti-um. 2. Qua ví-ctus es clemén-ti-

a, Ut nó-stra fér-res crí-mi-na, Mór-tem sub-í-res

ín-no-cens, A mór-te nos ut tól-le-res! 3. Perrúm-pis

in-férnum chá-os, Ví-ctis ca-té-nas dé-tra-his : Ví-ctor

tri-úm-pho nó-bi-li, Ad délix-te-ram Pá-tris sé-des.

4. Te có-gat in-dulgén-ti-a, Ut dá-mna nó-stra sár-ci-

as, Tu-í-que vúltus có-m-po-tes, Dí-tes be-á-to

lú- mi-ne. 5. Tu dux ad ástra, et sé- mi- ta, Sis
mé- ta nó- stris córdi- bus, Sis la- cri- má- rum gáu- di-
um, Sis dúl- ce ví- tae praé- mi- um. A- men.

V. Ascéndit Dé- us in ju- bi- la- ti- ó- ne, al- le- lú-
ia. R. Et Dómi- nus in vó- ce tú-
bae, al- le- lú- ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnif.
Ant. 2. D
(ré-fa)

O Rex gló- ri- ae, * Dómi- ne vir-
tú- tum, qui tri- umphá- tor hó- di- e su- per ómnes
caé- los ascendí- sti, ne de- re- lín- quas nos órpha-
nos : sed mít- te promí- ssu- m Pá- tris in nos, Spí- ri-

tum ve- ri- tá- tis, al- le- lú- ia. E u o u a e.
Cant. Magnificat. 2. D. 200, vel 206.

Oratio.

Concéde, quaesumus omnipotens De- us : † ut qui hodierna die Unigenitum te in caeléstibus habitemus. Per eúndem tuum Redemptórem nostrum ad caelos Dóminum.

Dominica infra Octavam Ascensionis.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr. 1. (la-mi)
Ex- áu- di, * Dó- mi- ne, vó- cem mé- am,
qua cla- má- vi ad te, al- le- lú- ia : tí- bi dí-
xit cor mé- um, quae- sí- vi vúl- tum tú-
um, vúltum tú- um Dómi- ne requí- ram : ne
a- vér- tas fá- ci- em tú- am a me, al- le- lú- ia,
al- le- lú- ia. Ps. Dómi- nus il- lumi-
ná- ti- o mé- a, * et sá- lus mé- a : quem ti-
mé- bo? Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

1. (ré-la) Al-le-lú-ia. * ij.

Re-gná-vit Dó-mi-nus su-per ómnes gén-tes : Dé-us sé-det su-per sé-dem * sánctam sú-am.

(M.M. ♩ = 160.)

1. (ré-la) Al-le-lú-ia. *

Non vos re-lín-quam ór-pha-nos : vá-do, et vé-ni-o ad vos, et gau-dé-bit * cor vé-

strum.

Offertorium. Ascéndit. 655.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 4. (mi-la) Pá-ter, * cum és-sem cum é-is, é-go ser-vá-bam é-os, quos de-dí-sti mí-hi, al-le-lú-ia: nunc au-tem ad te vé-ni-o : non ró-go ut tól-las é-os de mún-do, sed ut sér-ves é-os a má-lo, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in die Ascensionis, 655, exceptis.

Capitulum.


1. Petr. 4. b.

Carissimi : Estóte prudéntes, et vigi-láte in oratióibus. † Ante ómnia autem, mútuam in vobismetipsis caritá-tem continuam habéntes : * quia caritas óperit multitudínem peccatórum.

Hymnus. Salútis humanae Sátor. 657.

Ÿ. Dóminus in caelo, allelúia.
R7. Parávit sédem súam, allelúia.

Ad Magnif. Ant. 8. G (sol-do)



Haec lo- cú- tus sum vó-bis, * ut cum vé-ne- rit hó-ra e- ó-rum, remi- ni-scámi- ni qui- a é-go dí- xi vó-bis, al-le- lú- ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 8. G. 204.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, † fac voluntátem, * et majestáti tuae sincéro nos tibi semper et devótam gérere corde servire. Per Dóminum nostrum.

Et fit commemoratio sequentis diei infra Octavam : Ant. Páter, manifestávi. 651.

Ÿ. Ascéndit Déus in jubilatione, allelúia.

R7. Et Dóminus in vóce túbae, allelúia.

Oratio. Concéde, quaesumus omnipotens Deus. 659.

Si autem sequenti die faciendum non sit Officium de Octava, dicitur Antiphona
O Rex. ut in II. Vesperis Festi, 658.

Sabbato in Vigilia Pentecostes.

Post II. Prophetiam cantatur Tractus Cantémus Dómino. 571.

Post III. Prophetiam cantatur Tractus Atténde caelum. 573.

Post IV. Prophetiam cantatur Tractus Vinea facta est. 572.

Post VI. Prophetiam, descendendo ad Fontem, cantatur Tractus Sicut cervus. 575.

Et revertendo ad Altare cantantur Litaniae, ut supra in Sabbato sancto, 576.

¶ Ubi vero non fuerint Fontes, finita sexta Prophetia cum sua Oratione, omnibus genuflexis, cantantur Litaniae a duobus Cantoribus in medio chori, utroque Choro idem simul respondente.

In fine Litaniarum, Cantores solemniter incipiunt Kyrie eleison. et repetitur de more.

Post Epistolam Chorus cantat Allelúia (quod non repetitur). Ÿ. Confitémini. 578.

Tractus. Laudáte. 579.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert. 8. (sol-do)



(M.M. ♩ = 160.)

Comm. 5. (fa-do)






IN FESTO PENTECOSTES.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 3. a 2. 142. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 1. a 3. 157. — 5. Laudáte Dóminum. 7. c 2. 175. — *Antiphonae ut in II. Vesperis,* 670.



Capitulum. Cum compleréntur. 671. *Hymnus.* Veni Creatór. 672.



Ad Magnif.

Ant. 1. D

(ré-la)



Cant. Magnificat. 1. D. 199, vel 205. — *Oraño.* Deus qui hodiérna. 674.

Tonus Hymni ad Completorium.

(M.M. ♩ = 152.)



Sic cantantur et terminantur Hymni per totam Octavam ad Primam, Sextam, Nonam et Completorium.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)



ter- rá-rum, al-le- lú- ia: et hoc quod cón-
 ti- net ó- mni- a, sci- én- ti- am há- bet
 vó- cis, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia,
 al- le- lú- ia. *Ps.* Exsúr-gat Dé- us, et dissi-
 péntur in-i- mí- ci é- jus: * et fú- gi- ant, qui o-dé-
 runt é- um, a fá- ci- e é- jus. Gló- ri- a Pá- tri.
 E u o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

4. *(mi-la)* Al- le- lú- ia. * *ij.*
 V. Emít-te Spí- ri- tum tú-
 um, et cre- a- bún-

tur: et re-no-vá- bis fá- ci- em
 * tér- rae.
 (M.M. ♩ = 144.)
 2. *(ré-fa)* Al- le- lú- ia. *
Hic genuflectitur.
 V. Vé- ni Sáncte
 Spí- ri- tus, réple tu- ó- rum córda fi-
 dé- li- um: et tú- i amó-
 ris in é- is í- gnem * ac-
 cén-de.

(M.M. ♩ = 152.)

Seq. 1. *(ré-la)*
 I. Vé- ni Sáncte Spí- ri- tus, Et emít-te caé- li-

tus Lú-cis tú-ae rá-di-um. 2. Vé-ni pá-ter páu-pe-rum,
Vé-ni dá-tor mú-ne-rum, Vé-ni lú-men cór-di-um.

3. Conso-lá-tor ó-ptime, Dúl-cis hó-spes á-nimae, Dúl-ce
re-fri-gé-ri-um. 4. In la-bó-re ré-qui-es, In aé-
stu tempé-ri-es, In flé-tu so-lá-ti-um. 5. O lux
be-a-tís-sima, Ré-ple córdis íntima Tu-ó-rum fi-
dé-li-um. 6. Si-ne tú-o nú-mi-ne, Ni-hil est in
hó-mi-ne, Ni-hil est innó-xi-um. 7. Lá-va quod est
sór-di-dum, Rí-ga quod est á-ri-dum, Sá-na quod est
sáuci-um. 8. Flécte quod est rí-gi-dum, Fó-ve quod est

frí-gi-dum, Ré-ge quod est dé-vi-um. 9. Da tú-is fi-
dé-li-bus, In te con-fi-dénti-bus, Sá-crum septe-ná-ri-
um. 10. Da virtú-tis mé-ri-tum, Da sa-lú-tis éx-i-tum,
Da per-én-ne gáu-di-um. A-men. Alle-lú-ia.

(M.M. ♩ = 144.)
Offert.
4. (mi-la) Con-firma * hoc Dé-us, quod
o-pe-rá-tus es in nó-bis :
a té-mplo tú-o, quod est in
Je-rú-sa-lem, tí-bi óf-
fe-rent ré-ges mú-ne-ra, al-
le-lú-ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

7.

(sol-ré)

Factus est * repén-te de cae-lo só- nus

adve-ni- én-tis spí- ri-tus ve-he- mén-tis, u- bi

é- rant se- dén- tes, al- le- lú- ia: et

replé- ti sunt ómnes Spí- ri-tu Sáncto, loquén- tes

magná- li- a Dé- i, al- le-lú- ia, al-

le- lú- ia.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 3. a 2. 142. — 2. Confitébor. 8. G. 150. — 3. Beátus vir. 8. G. 156. — 4. Laudáte púeri. 1. a 3. 157. — 5. In éxitu. 7. c 2. 166.

1. Ant. 3. a 2 (mi-do)

Dum comple- réntur * dí- es Pente-có-stes,

é- rant ómnes pá- ri- ter di- cén-tes, al- le- lú- ia.

E u o u a e.

2. Ant. 8. G (sol-do)

Spí- ri- tus Dómi-ni * replé- vit ór-bem ter- rá- rum, al- le- lú- ia. E u o u a e.

3. Ant. 8. G (sol-do)

Replé- ti sunt ómnes * Spí- ri-tu Sáncto, et coepé-runt lóqui, al- le- lú- ia. E u o u a e.

4. Ant. 1. a 3 (ré-la)

Fón-tes, * et ómni- a quae mo-vén-tur in áquis, hýmnum dí- ci-te Dé- o, alle- lú- ia. E u o u a e.

5. Ant. 7. c 2 (sol-ré)

Lo-que-bán-tur * vá- ri- is línguis Apósto- li ma- gná- li- a Dé- i, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia. E u o u a e.

Capitulum.

Act. 2.

CUM compleréntur dies Pentecóstes, caelo sonus, tamquam adveniéntis spí- ritus veheméntis, * et replévit totam domum ubi erant sedéntes.

Prima strophæ Hymni sequentis dicitur flexis genibus.

(M.M. ♩ = 144.)

8. *(sol-do)*

1. Vé-ni Cre- á-tor Spí-ri-tus, Méntes tu- ó-rum ví-si-
ta : Imple su- pér-na grá-ti- a Quae tu cre- ásti
pécto-ra. 2. Qui dí-ce- ris Pa- rácli-tus, Altís-simi dó-
mum Dé- i, Fons ví- vus, í-gnis, cá-ri- tas, Et spi-
ri- tá- lis ũncti- o. 3. Tu septi- fórmis mú-ne-re,
Dí-gi-tus pa-térnae déxte-rae, Tu ri- te pro- mís- sum Pá-
tris, Ser-mó-ne dí-tans gúttu-ra. 4. Accénde lúmen
sénsi-bus, Infúnde amó-rem córdi-bus, Infír-ma nó-
stri córpo- ris Vir- tú-te fír-mans pérpe- ti. 5. Hóstem
re- pél-las lón-gi- us, Pa- cémque dó-nes pró- ti-nus : Du-

ctó- re sic te praévi- o, Vi- témus ómne nó-xi- um.
6. Per te sci- ámus da Pá-trem, Noscá-mus atque Fí- li- um,
Téque u-tri- úsque Spí- ri- tum Cre- dá-mus ómni
tém-po-re. 7. Dé- o Pá- tri sit gló-ri- a, Et Fí- li- o,
quí a mórtu- is Surré- xit, ac Pa- rácli- to, In sae-
cu- ló-rum saécu-la. A- men.

V. Loque-bántur vá-ri- is línguis Apó- sto- li, al-le-
lú- ia. R. Magná- li- a Dé- i, al-
le- lú- ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum ; alias in tono solito).

Ad Magnif. Ant. 1. D *(ré-la)*
Hó-di- e * com-plé- ti sunt dí- es Pen-te-
có- stes, al- le- lú- ia : hó- di- e Spí- ri- tus Sán-

ctus in í-gne discí- pu- lis appá- ru- it, et trí-bu-
it é- ís cha-rí-sma- tum dó-na : mí- sit é- os
in u-ni- vérs-um mún-dum praedi-cá-re et te- sti- fi- cá-
ri : qui cre-dí-de-rit, et bap-ti- zá- tus fú- e- rit,
sál-vus é- rit, al- le- lú- ia. Eu o u a e.

Cant. Magnificat. 1. D. 199, vel 205.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die corda fidélium | sápere : * et de ejus semper consolatióne
Sancti Spíritus illustratióne docui- | gaudere. Per Dóminum... in unitáte
sti : † da nobis in eódem Spíritu recta | ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

¶ *Infra Octavam Pentecostes, fit Officium sicut in die, exceptis Antiphonis ad Magnificat, et Oratione. Feria II. et III. Officium fit dúplex; aliis diebus semidúplex.*

FERIA SECUNDA POST PENTECOSTEN.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr. 2. (ré-fa)
Ci-bá- vit é- os * ex á-di- pe fru-
mén- ti, al- le- lú- ia : et de pé- tra, mél-

le sa-tu- rá- vit é- os, al- le- lú- ia,
al- le- lú- ia, al- le- lú-
ia. Ps. Exsul- tá- te Dé- o adju- tó- ri nóstro : *
ju- bi- lá- te Dé- o Já- cob. Gló- ri- a Pátri.
Eu o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

1. (ré-la) Al- le- lú- ia. * ij.
V. Lo- que- bán- tur vá- ri-
is lín- guis
Apó- sto- li ma- gná- lí- a



* Dé- i.



Allelúia. *V.* Veni Sáncte Spiritus. 667.

Sequentia. Veni Sáncte Spiritus. Allelúia. 667.

Offertorium. Intónuit. 608.

(M.M. $\text{♩} = 160$.)


Comm.
8.
(sol-do)



Spí- ri- tus Sánctus * do- cé- bit vos, al- le-



lú- ia : quaecúmque dí- xe- ro vó- bis, al- le- lú- ia,



al- le- lú- ia.

AD VESPERAS.

Ad Magnif.

Ant. 3. a
(mi-do)



Si quis dí- li- git me, * sermó- nem mé-




um servá- bit : et Pá- ter mé- us dí- li- get é-



um : et ad é- um ve- ni- é- mus, et mansi- ó-



nem a- pud é- um fa- ci- é- mus, al- le- lú- ja.



E u o u a e.

Cant. Magnificat. 3. a. 200, vel 207.

Oratio.


Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum de- didisti fidem, largiáris et pacem. Per dísti Spiritum : † concéde plebi tuae Dóminum... in unitáte ejúsdem Spiritus. piaé petitiónis effectum : * ut quibus

FERIA TERTIA POST PENTECOSTEN.

AD MISSAM.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)

Intr.
4.
(mi-la)




Ac- cí- pi- te * ju- cundi- tá- tem




gló- ri- ae vé- strae, al- le- lú-




ia : grá- ti- as agén- tes Dé- o, al- le- lú-




ia : qui vos ad cae- lé- sti- a ré- gna vo- cá-




vit, al- le- lú- ia, alle- lú- ia, al- le-



lú- ia. *Ps.* At- té- n- di- te pópu- le mé- us lé- gem mé-






(M.M. ♩ = 160.)





Allelúia. V. Veni Sancte Spiritus. 667.

Sequentia. Veni Sancte Spiritus. Allelúia. 667.



(M.M. ♩ = 144.)



(M.M. ♩ = 160.)



AD VESPERAS.



Cant. Magnificat. 6. F. 203, vel 205.

Oratio.


Adsit nobis, quaesumus Dómine, vir-
tus Spíritus Sancti : † quae et corda
nostra cleménter expúrget, * et ab

omnibus tueátur advérsis. Per Dómi-
num... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti
Deus.


FERIA QUARTA

QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES.


(M.M. ♩ = 152.)



Dé- us, dum egre- de- ré- ris * co-rám pó-




pu- lo tú- o, al- le- lú- ia, i-ter fá-ci-




ens é- is, alle- lú- ia: há- bi- tans in il-



lis, al- le- lú- ia, al- le- lú- ia.



Ps. Exsúr-gat Dé- us, et díssi-péntur in-i-mí-ci é- jus : *



et fú- gi- ant, qui o-dé-runt é- um, a fá- ci- e é- jus.



Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

Post Lectionem.


(M.M. ♩ = 160.)



Al- le- lú- ia. *




V. Vér- bo Dó- mi- ni caé- li fir-



má- ti sunt, et Spí- ri- tu ó- ris é-




jus ómnis vír- tus * e- ó- rum.

*Non repetitur Allelúia, sed statim dicitur Glória in excelsis.**Post Epistolam. Allelúia, allelúia. V. Veni Sáncte Spíritus. 667.**Sequentia. Veni Sáncte Spíritus. Allelúia. 667.*


(M.M. ♩ = 144.)




Me- di- tá- bor * in mandá- tis



tú- is, quae di- lé- xi val- de : et le-



vá- bo má- nus mé- as



ad mandá- ta tú- a, quae di- lé-



xi, al- le-



lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

5.

(fa-do)

Pá-cem mé-am * do vó-bis, al-le-lú-ia :
pá-cem re-línquo vó-bis, al-le-lú-ia, al-
le-lú-ia.

FERIA QUINTA POST PENTECOSTEN.

Missa. Spiritus Dómini. *ut in die Pentecostes*, 665.

FERIA SEXTA

QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

3.

(mi-do)

Re-ple-á-tur * os mé-um láu-de tú-a,
al-le-lú-ia : ut pós-sim cantá-re,
al-le-lú-ia : gau-dé-bunt lá-bi-a
mé-a, dum can-tá-ve-ro tí-bi, al-le-lú-ia,
al-le-lú-ia. Ps. In te Dómi-

ne spe-rá-vi, non confúndar in ae-tér-num : * in ju-
stí-ti-a tú-a lí-be-ra me, et é-ri-pe me. Gló-
ri-a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 160.)

1.

(ré-la)

Al-le-lú-ia. * ij.
V. O quam bó-nus et su-á-vis
est, Dó-mi-ne, Spí-ri-tus tú-
us * in
nó-bis!



Allelúia. V. Veni Sáncte Spiritus. 667.

Sequentia. Veni Sáncte Spiritus. Allelúia. 667.

(M.M. $\text{♩} = 144$.)



(M.M. $\text{♩} = 160$.)



SABBATO QUATUOR TEMPORUM PENTECOSTES.

(M.M. $\text{♩} = 152$.)



Post I. Prophetiam.

(M.M. $\text{♩} = 160$.)





Non repetitur Allelúia.

Post II. Prophetiam.

(M.M. ♩ = 160.)



Non repetitur Allelúia.

Post III. Prophetiam.

(M.M. ♩ = 160.)



Non repetitur Allelúia.

Post IV. Prophetiam. Allelúia. Veni Sámcte Spíritus. 667.

Post V. Prophetiam.

(M.M. ♩ = 160.)



Finito Versu dicitur : Glória in excélsis.

*Tractus. Laudate Dóminum. 579.**Sequentia. Veni Sámcte Spíritus. 667, sine Allelúia in fine.*

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

8.

(sol-do)

Dó- mi- ne * Dé- us sa- lú- tis

mé- ae, in dí- e cla- má- vi, et nó-

cte co-ram te: ín-tret o- rá- ti- o

mé- a in con- spéctu tú- o Dó-

mi- ne, al-le- lú- ia.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

8.

(sol-do)

Spí- ri- tus * u-bi vult spí- rat:

et vó- cem é- jus áudis, al-le- lú- ia: et nés- cis un-

de vé- ni- at, aut quo vá- dat, al-

le- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia.

FESTUM SS. TRINITATIS.

Duplex I. Classis.

IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 1. f. 141. — 2. Confitébor. 2. D. 146. — 3. Beátus vir. 3. a 2, 153. — 4. Laudate púeri. 4. E. 159. — 5. Laudate Dóminum. 5. a. 175. — *Antiphonae ut in II. Vesperis*, 693.

Capitulum. O altitúdo divitiárum. *Hymnus.* Jam sol recédit. 694.

V. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sámcto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.

Ad Magnif.

Ant. 1. D

(ré-la)

Grá- ti- as * tí- bi Dé- us, grá- ti-

as . tí- bi vé- ra et ú- na Trí- ni-

tas: ú- na et súm- ma Dé- i- tas: sán-

cta et ú- na U- ni- tas. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 1. D. 199, vel 205. — *Oratio.* Omnipotens. 696.*Et fit commemoratio Dominicae occurrentis, ut sequitur.*

Ant.

1.

(ré-la)

Ló- que- re' Dó- mi- ne, * qui- a áu-

dit sérvus tú- us.

V. Vespertina orátio ascéndat ad te Dómine.

R. Et descéndat super nos misericórdia túa.

Oratio. Deus, in te sperántium, 696.*Completerium de Dominica.*

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)

Intr.

8.

(sol-do)

Be-ne-dí-cta sit * sán-cta Trí-ni-tas,
at-que indi-ví-sa U-ni-tas:
con-fi-té-bi-mur é-i, qui-a fé-cit
no-bís-cum mi-se-ri-cór-di-am
sú-am. *Ps.* Dó-mi-ne Dó-mi-nus nó-ster: *
quam ad-mi-rá-bi-le est nó-men tú-um in u-ni-vér-
sa térra! Gló-ri-a Pá-tri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)

Grad.

8.

(fa-do)

Be-ne-dí-ctus es, * Dó-mi-ne,
qui in-tu-é-ris
a-býs-sos, et sé-des su-

per Ché-ru-bim. V. Be-ne-dí-
ctus es Dó-
mi-ne, in fir-ma-mén-to caé-
li, et lau-dá-bi-lis * in saé-cu-la.

(M.M. ♩ = 160.)

8.

(sol-do)

Alle-lú-ia. * *ij.*
V. Be-ne-dí-ctus es,
Dó-mi-ne Dé-us pá-trum no-stró-rum,
et lau-dá-bi-lis * in saé-cu-la.

(M.M. ♩ = 144.)

Offert.

3.

(mi-do)

Be-ne-dí-ctus sit * Dé-us

Pá-ter, u-ni-ge-ni-tús-que

Dé-i Fí-li-us, Sán-ctus

quo-que Spí-ri-tus: qui-a

fé-cit no-bís-cum mi-se-ri-cór-

di-am sú-am.

(M.M. ♩ = 160.)

Comm.

4.

(mi-la)

Be-ne-dí-ci-mus * Dé-um

caé-li, et có-ram ómni-bus vi-vén-ti-bus confi-

té-bi-mur é-i: qui-a fé-cit no-bís-

cum mi-se-ri-cór-di-am sú-am.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dominus. 1. f. 141. — 2. Confitebor. 2. D. 146. — 3. Beatus vir. 3. a 2. 153. — 4. Laudate pueri. 4. E. 159. — 5. In exitu. 5. a. 165.

1. Ant. 1. f (ré-la) Gló-ri-a * tí-bi Trí-ni-tas aequá-lis, ú-

na Dé-i-tas, et an-te ómni-a saécu-la, et

nunc, et in per-pé-tu-um. E u o u a e.

2. Ant. 2. D (ré-fa) Laus et per-énis gló-ri-a * Dé-o Pá-

tri, et Fí-li-o, sáncto si-mul Pa-rácli-to, in saé-

cu-la saecu-ló-rum. E u o u a e.

3. Ant. 3. a 2 (mi-do) Gló-ri-a láu-dis * ré-so-net in ó-re

ómnium, Pá-tri, ge-ni-taéque Pró-li, Spi-rí-tu-

i Sáncto pá-ri-ter re-súl-tet láu-de per-énni.

E u o u a e.

4. Ant.
4. E
(mi-la)

Laus Dé- o Pátri, * pa-ri- líque Pró-li,
et tí-bi Sáncte stú-di-o per-én-ni Spi- rí- tus,
nóstro ré- so-net ab ó- re ómne per ae-vum.
E u o u a e.

5. Ant.
5. a
(fu-do)

Ex quo ómni- a, * per quem ómni- a,
in quo ó-mni- a : í- psi gló-
ri- a in saé-cu- la. E u o u a e.

Capitulum.

Rom. 11. d.

Altitúdo divitiárum sapiéntiae et sibilía sunt iudícia ejus, * et investigá-
sciéntiae Dei : † quam incomprehen- biles viae ejus!

(M.M. ♩ = 152.)

Hymn.
8.
(sol-do)

1. Jam sol re-cé-dit í-gne- us : Tu lux pe-rénnis
U- ni-tas, Nóstris, be- á-ta Trí- ni- tas, Infún-de a-
mó-rem cór-di-bus. 2. Te ma- ne láu-dum cár-mi-ne,

Te de-pre-cámur vé-spe-re : Digné- ris ut te súp-
pli- ces Laudé- mus inter caé- li- tes. 3. Pátri simúlque
Fí- li- o, Ti- bí- que Sáncte Spí- ri- tus, Sic-ut fú- it,
sit jú- gi- ter Saéclum per ómne gló- ri- a. A- men.

V. Benedictus es Dómine in firmaménto caéli.
R. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

Ad Magnif.
Ant. 4. E
(mi-la)

Te Dé- um * Pá-trem in-gé- ni- tum,
té Fí- li- um u- ni- gé- ni- tum, te Spí- ri- tum Sán-
ctum Pa- rá- cli- tum, sán- ctam et indi- ví- du- am
Tri- ni- tá-tem, tó-to cór- de et ó- re confi- té-
mur, lau- dá- mus, at- que bene- dí- ci- mus : tí-
bi gló- ri- a in saé- cu- la. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 4. E. 201, vel 208.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare

Unitatem : † quaesumus; ut ejusdem fidei firmitate, * ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dóminum.

Pro commemoratione Dominicae.

Ant. 8. *(sol-do)*

No-lí-te ju-di-cá-re, * ut non ju-di-cémi-ni:

in quo e-nim ju-dí-ci-o ju-di-ca-vé-ri-tis, ju-di-ca-

bí-mi-ni, dí-cit Dómi-nus.

Ÿ. Dirigátur Dómine orátio méa.
R. Sicut incensum in conspectu tuo.

Oratio.

Deus, in te sperantium fortitúdo, adesto propitius invocaciónibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infirmitas, praesta auxilium

grátiae tuae; * ut in exsequendis mandatis tuis, et voluntate tibi et accióne placeámus. Per Dóminum.

FESTUM SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

Duplex I. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Omnia ut in II. Vesperis, 716, praeter sequentia :

Ad Magnif. Ant. 6. F. *(fa-la)*

O quam su-á-vis est, * Dó-

mi-ne, spí-ri-tus tú-us! qui ut dulcé-di-

nem tú-am in fí-li-os demonstrá-res,

pá-ne su-a-vís-si-mo de caé-lo praé-

sti-to, e-su-ri-én-tes ré-ples bó-nis, fa-sti-di-

ó-sos dí-vi-tes di-mít-tens in-

á-nes. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 6. F. 203, vel 205. — Oratio. Deus, qui nobis. 720.

Ad Completorium, Hymni cantantur in tono posito ad Horas in Nativitate Domini, 274, et in fine dicitur Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, per totam Octavam. Eodem modo per Octavam terminantur omnes Hymni ejusdem metri, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD MISSAM.

(M.M. ♩ = 152.)


Intr. 2. *(ré-fa)*

Ci-bá-vit é-os * ex á-di-pe frumén-

ti, al-le-lú-ia: et de pé-tra, mé-l-le

sa-tu-rá-vit é-os, al-le-lú-ia, al-le-lú-

ia, al-le-lú-ia. Ps. Exsul-tá-



te Dé-o adju- tó- ri nóstro: * ju- bi- lá- te Dé- o



Já- cob. Gló- ri- a Pátri. E u o u a e.

(M.M. ♩ = 152.)




O- cu- li * ó- mni- um



in te spé- rant, Dó- mi- ne:



et tu das fl- lis é-




scam in tém- po-



re op- por- tú- no.



¶. A- pe-



ris tu má-



num tú- am: et ím- ples



ó- mne á- ni- mal * be- ne- di-



cti- ó- ne.

(M.M. ♩ = 160.)



Al- le- lú- ia. * ij.



¶. Cá- ro




mé- a ve- re est cí- bus, et sán- guis




mé- us ve- re est pó- tus: qui mandú-



cat mé- am cárnem, et bí-



bit mé- um sán- gui- nem in



me má- net, et é- go * in é- o.



(M.M. = 126.)

Seq.

7.

(sol-ré)

1. Láu-da Sí-on Sal-va-tó-rem, Láuda dú-cem
et pa-stó-rem, In hýmnis et cánti-cis. 2. Quantum pót-
es, tantum áude: Qui-a má-jor ómni láu-de, Nec lau-
dá-re súf-fi-cis. 3. Láudis théma spe-ci-á-lis, Pá-
nis ví-vus et vi-tá-lis Hó-di-e pro-pó-ni-tur. 4. Quem in
sácræ mén-sa coé-nae, Túrbæ frátrum du-o-dé-nae
Dá-tum non ambí-gi-tur. 5. Sit laus plé-na, sit so-nó-
ra, Sit ju-cúnda, sit de-có-ra Méntis ju-bi-lá-ti-o.
6. Dí-es e-nim sol-émnis á-gi-tur, In qua mén-sæ prí-
ma re-có-li-tur Hú-jus insti-tú-ti-o. 7. In hac mén-
sa nó-vi Ré-gis, Nó-vum Páscha nó-væ lé-gis, Phá-se

vé-tus térmi-nat. 8. Ve-tustá-tem nó-vi-tas, Umbram
fú-gat vé-ri-tas, Nóctem lux e-li-mi-nat. 9. Quod
in coéna Chrístus géssit, Fa-ci-éndum hoc expéssit
In sú-i memó-ri-am. 10. Dócti sácris insti-tú-tis,
Pá-nem, ví-num in sa-lú-tis Consecrámus hó-sti-am.
11. Dógma dá-tur chri-sti-á-nis, Quod in cárnem trans-
it pá-nis, Et ví-num in sángu-i-nem. 12. Quod non cá-
pis, quod non ví-des, Animó-sa fí-rmat fí-des, Prae-ter ré-
rum ór-di-nem. 13. Sub di-vér-sis spe-ci-é-bus, Sí-
gnis tantum, et non ré-bus, Lá-tent res ex-í-mi-ae.
14. Cá-ro cí-bus, sángu-is pó-tus: Má-neť tamen Chrí-

stus tó-tus Sub utrâque spé-ci-e. 15. A su-mén-te non
 concí-sus, Non confráctus, non di-ví-sus: Inte-ger ac-
 cí-pi-tur. 16. Sú-mit ú-nus, súmunt míl-le: Quantum ís-
 ti, tantum íl-le: Nec súmptus con-súmi-tur. 17. Súmunt
 bó-ni, súmunt má-li: Sórte tamen inae-quá-li, Ví-tae
 vel inté-r-i-tus. 18. Mors est má-lis, ví-ta bó-nis: Ví-
 de pá-ris sumpti-ó-nis Quam sit díspar éx-i-tus. 19. Frá-
